# TRACTATVS DE PECCATO ORIGINALI.

*AVTHORE*
FR. PETRO DE COMITIBVS
Romano
ORD. ER. S. AVGVSTINI
de Ancona.

*Sac. Theologiæ Magistro, & Doctore, Collegij Romani Regente, necnon Anconæ, Venetijs, Patauij, &c.*

S. OFFICII CONSVLTORE.



ROMAE,
Apud Io: Franciscum de Buagnis. 1690.

*Superiorum permissu.*

*Imprimatur,*

Si videbitur Reuerendiss. P. Sacr. Palatij Apost. Mag.

*Stephanus Ioseph Menattus Episc. Cyrenensis Vicesgerens.*



*Imprimatur,*

F. Franciscus Maria Forlani Reuerendiss. P. Fr. Thomæ Mariæ Ferrari Sac. Pal. Ap. Mag. Socius Ord. Præd.



# DIVO AVGVSTINO

## ROMANAE ECCLESIAE Doctori maximo,

*Humanæ ſapientiæ fonti, Scholarum Soli, Hæreſum fulmini, Vindici catholicæ veritatis, Noſtrique Ordinis Parenti optimo.*

FR. PETRVS DE COMITIBVS Romanus.

*Obſequentiſſimè conſecrat.*



NON alij, quàm Tibi, Auguſtiſſime, Parens, Tractatum hunc de Peccato Originali, nuncupatum volui, cui ſoli debetur quidquid aduersùs hæreſes, in

 hac

hac materia, Romana ſanxit Eccleſia, vt videlicèt quod tuis glorioſis elucubrationibus, poſt profligatos Pelagianos, aliaſque attritas hęreticorum phalanges, e catholicæ fontibus veritatis, fluuiorum inſtar, in Orthodoxorum Rempublicā deriuauit, Tibi veluti mari magno, in debitum tributum rependatur. Fas enim eſt, vt flumina vndē exeunt, reuertantur. Actum erat de nobis, ſi miſerè captiuitatem paſſis, primeuę culpæ noſtrorum parentum, benigniſſimus Deus, nullis noſtris præcedētibus meritis, ſola ſua motus miſericordia, vnigenitum ſuum filium Redemptorem non ſtatuiſſet. Quid autem ille prodeſſet, ſi læthaliter ſauciatum humanum genus, ſua vulnera non agnoſceret, quorum terrore concuſſi Adami poſteri, ad pharmacum

non

non currerent ſalutare? Morborum omnium peſſimus ille, cenſetur, qui occultis morſibus ad necem trahens, fouetur ignotus, & quamuis in illum ſuppetat panacea, non tamen à patientibus applicatur, vel quia reijcitur vt odioſa, vel quia negligitur vt minimè neceſſaria. Tu ſolus cæleſtis medici perſonam induens, peſtiferum virus detexiſti, ex illoque contracta vulnera reſeraſti. Quin immò diuinitùs accepto magiſterio, ſalutaris pharmaci virtutem palàm omnibus faciens, ſacrorum codicum ductu, eius tandem ſanxiſti neceſſitatem; & velut alter Moyſes, aduersùs ictus colubri originalis, non æneum ſerpentem, ſed luſtralis aquæ lauacrum, à Chriſto Domino miſericorditer inſtitutum, ad frequentiſſimum vſum, qui hominum

 pra-

prauitate iam pænè obſoluerat, feliciſſimè reuocaſti. Ex quo diuinitùs factum eſt, vt Redemptoris vulnerum opulenta pharmacopea, frequentetur ab omnibus, volẽtibus ſanitatem. Vnde facillimè deponatur contractus languor ſæuientis luis, vniuerſam hominum naturam inficientis, & reuocata ab *Superis* pace, ad priſtinam redeatur tranquillitatem. In gratiarum igitur actionem, prò tanto nobis collato beneficio, munuſculum hoc exiguum Tibi porrigo, humillimè deprecans tuam ſummam omnibus iuuandi procliuitatem, vt ſi nobiſcum degens, contracti læthi ſaniem detexiſti, vt eius pernicioſi effectus caueantur, in cęlo fruens, vires nobis impetres, vt caueamus.

*Mag.*

*Mag. F. Fulgentius Traualloni à Monte Elparo Georginas totius Ord. FF. Er. S. P. Augustini Prior Generalis.*

OPus inſcriptum, Tractatus de Peccato Originali, à Reu. Patre Mag. Fr. Petro de Comitibus Romano huius noſtri Romani Collegij Regentē elucubratum, cùm reuiſores à nobis deputati probauerint, & publica impreſſione dignum cenſuerint, facultatem damus, vt de licentia eorum, ad quos ſpectat, Typis mandetur. Datum Romæ die 18. Octobris 1689;

F. Fulg. Traualloni Prior Gener. Ind.

Noſtri Mun. affixo Sig.

Reg. lib. 5.

---

IVſſus à Reuerendiſs. P. Fr. Thoma Ferrario S. Pal. Apoſt. M. perlegi Tractatus de Peccato Originali, de Iuſtificatione Impij, & de Merito Iuſti, Authore Ad. R. P. Fr. Petro de Comitibus Romano Ord. Er. S. P. Augustini de Ancona S. T. Magiſtro, atque Doctore, Collegij Rom. Regente, nec non Anconæ,

Ve-

Venetijs, Patauij &c. S.Off.Consultore. Nihil in eis inueni Orthodoxæ Fidei, aut candidis moribus dissonum, quin tantum abest, vt noxius aliquis, vel Doctrinæ, vel pietatis sensus siue vapor efflauerit, vt ne suspicioni detur locus quidem. Mirum est quàm solidè de Peccato Originali disserat, quàm profundè de Iustificatione sermonem inserat, quàm benè, eleganterque de Merito tractationem instituat. Vbique lumen, & splendorem ingenij in his paginis, ac libris, in his lucubrationibus ostendit, & summam eruditionē cum Religione coniunctam. Sanè noua addidit ornaméta, tàm Ordini suo, quàm Patriç, vtriq; decorem attulit, dum S. Aug. Sapientiá vberius, & quam in cognomento ostentat nobilitatē, amplificauit. Vtriusq; veluti generosa proles, non degener ad speculationem lumina torsit, & ad agenda, ac fortia patrãda Romanū pectus appulit. Quare vtriq; Aquilæ, & Doctorum Augustino, & Romanorum gratulari maximè oportet, quòd filium adeò strenuum ediderint, ac procreauerint. Nec mirum. Scimus, à causa similem effectum produci Mel dulcedinem donat, flos spirat odorem, ferunt maturi fructus suauitatē, fortes creantur fortibus, & bonus est in iuuentis, est in æquis Patrum virtus, nec imbellem feroces generant Aquilæ Columbam, canebat Oratius. Quanobrem, vt celebres Tractatus prælo mandentur ad publicam vtilitatem dignissimum censeo. Ita sentio ex Conu. S. Mariæ super Mineruam.

*Fr. Antonius Franciscus Fracassi S.T.M.*
*Ord. Præd.*

IN-

# INDEX

## Disputationum, & Articulorum, qui continentur in Tractatu de Peccato Originali.

### DISPVTATIO PRIMA.

*De existentia, & quidditate peccati originalis.*



### DISPVTATIO SECVNDA.

*De Propagatione peccati originalis.*

DI-

## DISPVTATIO TERTIA.

*De Causis peccati originalis.*



## DISPVTATIO QVARTA.

*De Modo eius propagationis.*



DI-

# DISPVTATIO QVINTA.

*De Effectibus peccati originalis.*



DI-

# DISPVTATIO SEXTA.

*De vario statu naturæ humanæ.*





TRA-



# TRACTATVS
## DE PECCATO ORIGINALI.


*Authore*.

FR. PETRO DE COMITIBVS
Romano.



IVIDIMVS hanc materiam in ſex Diſputationes, in quarum prima agimus de eius exiſtentia, & quidditate: in 2.

de eius propagatione: in 3. de eius causis: in 4. de modo eius propagationis: in 5. de eius effectibus: & in 6. de vario statu naturæ humanæ.



DI-



# DISPVTATIO I.

## De existentia, & quidditate peccati originalis.



IN hac Disputatione quærimus primò, an verè detur peccatum originale? Deinde an sit vnum, vel multipliex? 3. An sit aliquod positiuum, vel negatiuum, & quid illud sit.

### ARTICVLVS I.

*An verè detur peccatum originale?*

VIdetur non dari, vt opinabantur Pelagiani, aliqui ex Hebræis, & Saracenis, Arriani, Albigenses, Anabaptistæ, Abailardus, Erasmus, alijque hæretici, quos referunt Castro de hæresibus V. *peccatum*, hæresi 1. & Bellarminus lib. 4. de statu peccati c. 2. Eorum fundamenta sunt.

1. Quia Chrysostomus to. 5. homil. ad

Neophitos, ait, *hac de causa infantes baptizamus, cùm non sint coinquinati peccato, vt eis detur, vel addatur sanctitas, iustitia &c.* Quæ similia verba referunt etiam, ex Basilio, & Theodoreto. At si haberēt infantes originale peccatum, baptismus esset illis necessarius, ad eius deletionem, quo essent coinquinati. Ergo illud non habent. Et hom. 10. in ep. ad Roman. ait, *Ex Adami inobedientia alterum peccatorem extitisse, quam congruentiam, & consequentiam habet?* Ergo per Chrysostomum, non datur peccatum originale.

2. Nullus patitur pœnam æternam in gehenna, nisi propter peccata propria, personalia, vt docent Ambrosius super illud Rom. 5. *Regnauit mors &c.* Sed si daretur peccatum originale, etiam propter illud infligeretur pœna æterna, adeòque peccatum Adæ nobis imputaretur, quod repugnat Ezechiel. 8. *Filius non portabit iniquitatem patris.* Ergo non datur hoc peccatum. Et ideo concludit Ambros. loco cit. *Est & alia mors, quæ secunda dicitur in gehenna, quam non peccato Adæ patimur, sed eius occasione, proprijs peccatis acquirimus.*

3. Omne peccatum est contra naturā, quā inficit, & deturpat. Sed nihil, quod sequitur per originem ab Adamo, est contra naturam, cùm potiùs sit naturale, adeòque iuxta naturam. Ergo non est peccatum, adeòque non transfunditur ab illo peccatum originale.

4. Pri-

4. Primum peccatum Adæ, quod dicitur originale in posteris, fuit anima illius, vt in proprio subiecto. Ergo non potest transire in alias animas, primò quia transiret de vno subiecto in aliud, quod repugnat. Et deinde quia fuit in illo deletum per pęnitentiam, nec potest in posteris redire.

5. Vitia naturalia, vt monstruositas, deformitas, cæcitas, &c. non sunt peccata. Sed quod sequitur ex parentibus per originem, est vitium naturale. Ergo licèt transfundatur, non est peccatum.

6. Si daretur peccatum originale, matrimonium esset malum, vt asserebant Manichæi, eò quia genitores transfunderent in filios peccatum, adeòque generando peccarent. Consequens est erroneum. Ergo & antecedens.

7. Semen non est informatum anima rationali, vt diximus in 1. de an. Ergo non potest trasfundere peccatum, quod soli conuenit animæ rationali. Præterea non attingit animam, quæ creatur à Deo. Ergo non potest illam maculare.

8. Cui actus non est liber, & voluntarius, non potest esse peccaminosus. Sed inobedientia Adæ non est nobis libera, & voluutaria. Ergo non potest esse nobis peccaminosa.

Conclusio, *Datur peccatum originale, adeòque omnes homines, qui nascuntur per commistionem seminum ex Adam, contrahũt illud.* Est de fide, & communis inter ca-

 tho-

tholicos, aduersùs hęreticos.

Probatur 1. ex Tridentino sess. 5 can. 12. vbi sic definitur, *Siquis Adæ præuaricationem sibi soli, & non eius propagini asserit nocuisse, & acceptam à Deo sanctitatem, & iustitiam, quam perdidit, sibi soli, & non nobis eum perdidisse, aut inquinatum illum per inobedientiæ peccatum, mortem, & pœnas corporis tantùm, in omne genus humanũ transfudisse, non autem & peccatum, quod mors est animæ, anathema sit.* Et affert rationem, *cùm contradicat Apostolo dicenti per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt.* Quod idem antea fuerat definitum, non solum in Concilio Palestino, sed etiam in Mileuitano 2. sub Innoc. 1. c. 2. & in Arauxic. 2. sub Felice 4. can. 2. & in Florentino sub Eugenio 4. & deducitur exprefsè etiam ex multis locis veteris testamenti, vt Iob. 14. *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine?* Et psal. 50. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea &c.*

2. Si non daretur peccatum originale, baptismus esset omninò inutilis, & superfluus, cùm prò actuali sufficiat pęnitentia; Vt quid enim daretur infantibus, nullum habentibus actuale peccatum? Neque dicant Pelagiani, illũ dari, vt fiant capaces regni cælorum, iuxta oraculum Veritatis Io. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &*

Spi-

*Spiritu sancto, non potest introire regnũ cælorum*; siquidem absque baptismo, non possent è cęlo excludi, propter quod facti sunt, nisi haberent aliquam culpam. Cùm ergo non habeant actualem, si originalem non haberent, nullatenus e cælo excludi possent, vt intulit Augustinus aduersùs Iulianum, præsertim cùm ipsa carentia baptismi, vtpote inuoluntaria, non sit illis culpabilis. Ergo datur peccatum originale, ob cuius expiationem dicitur lauacrum, materialiter corporis, & formaliter animæ, tamquam signatũ per illud. Atque adeo cùm non sit maior ratio, cur debeat afficere nos potiùs, quàm illos, debet omnes afficere, qui deriuant ex Adam, vt definit Trid. loc. cit. & docet Apost. 1. ad Corin. 15. *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur.*

Dices, Christus D. & eius sanctissima Genitrix baptizati sunt, quamuis non habuerint peccatũ originale. Ergo baptismus non est institutus, ad tollendum peccatum originale.

Nego consequentiam, Primò quia in probabili multorum sententia, etiam habitus pęnitentiæ fuit in Christo, licèt nõ esset necessarius ad expiandum vllum peccatum, quamuis nos in tr. de pęn. hoc negauerimus. Deinde quia Christus induit personam peccatoris, de quo dicitur Isa. 53. *Peccata nostra ipse tulit, & scelera nostra ipse portauit*. Ergo vt doceret

omnes peccatores, quomodo deberent Deo reconciliari, ipſe voluit prò eorum peccatis ſumere medicinam, non ad ſui indigentiam, ſed ad aliorum exemplum. Quoad Deiparam, ipſa vtique hanc maculam contraxiſſet, niſi fuiſſet præuenta gratia ſpeciali,& ideo vt naturaliter ſubdita legi vniuerſali, incurrendi talem maculam,debuit etiam ſubdi legi baptiſmatis, non ad egeſtatem indiuiduam,ſed ſpecificam, & vt acciperet characterem diuinæ adoptionis. Præterquāquod poſſet etiam conrgruenter dici, quòd ſicut non habens culpam actualem, non tenetur ad pęnitentiam, ita neque tenetur ad baptiſmum non habens originalē;adeòque Deiparam non fuiſſè baptizatam,niſi ad obſeruantiam legis,ſicut fuit poſt partum immaculatum purificata.

3. Malum nō debetur, niſi malo.Cùm ergo malū pęnę,vt ærumnæ,mors,effrænis concupiſcentia, &c. torqueat omnes,etiā innocentes ab omni culpa actuali, debet infligi, propter culpam originalem,iuxta illud Geneſ.3. *Spinas,& tribulos germinabit tibi: in dolore paries: in ſudore vultus tui, &c.* Ergo debet hæc culpa omnes inquinare.

Dices, etiā Chriſtus & eius Parens fuerunt ſubiecti ærumnis,& morti,licèt non habuerint peccatum originale. Ergo hæc non dantur in eius pęnam.

Nego conſequentiam. Siquidem Chriſtus,ſe ſponte ſubiecit tali pęnalitati,quā po-

potuisset non contrahere, ob satisfactionẽ nostri delicti, & ideo dicitur Isa. 53. *Oblatus est, quia ipse voluit.* Ergo in illo mors & ærumnæ non fuerunt in pęnam, sed acceptatæ in nostram satisfactionem. Quoad Deiparam dico, quod licèt de facto nõ contraxerit hanc maculam, tamen debuisset contrahere, nisi fuisset per gratiã præuenta. Deus ergo qui voluit illã liberare ex contractione maculæ, noluit ab eius pęna temporali eximere, ad eius exercitium, meritum, & triumphum.

Vrgebis, mors non potuit dari in pęnam peccati, aliter non fuissent impletæ diuinę minæ Gen. 2. *In quocũq; die comederis ex eo, morte morieris*, neque enim Adam mortuus est, eo die quo vetitum pomum comedit. Ergo per ly *morte morieris*, debet intelligi mors animæ, resultans ex eius transgressione actuali, & mors corporis fuisset illi connaturalis, ex contrariorum commistione, de qua factus erat.

Nego antecedens. Ad cuius probationem dico, hominem fuisse quidem mortalem, secundùm sua naturalia præcisè cõsideratum, vt probauimus in lib. de mistorum corruptibilitate disp. 1. ar. 1. tamen per gratiam fuisse donatum immortalitate, qua ea ipsa die, in qua peccauit, spoliatus fuit, & ideo mortuus est, non quidem per actualem separationem animæ à corpore, sed quia fuit relictus in sua naturali conditione, secundùm quam

fuerat morti destinatus. Et ideo dicitur ad Rom. 5. *Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors,* vbi ly *mors* dicitur ad distinctionem peccati, quod est mors animæ. Ergo debet intelligi de morte corporis.

Dices 3. Si per gratiam in statu innocentiæ originalis, fuisset homini data immortalitas, non fuisset illi necessarius cibus. Hoc autem repugnat Genes. 2. vbi Deus dixit Adæ, *de omni ligno Paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni, & mali nè comedas.* Ergo non fuit illi data immortalitas, sed erat ex se mortalis.

Resp. primò, esse probabile, quod plures tenent, nempe non fuisse Adamo necessarium cibum, nisi ad delicias, eo modo quo Beati, resumptis corporibus, poterunt comedere, vt fecit Christus post suam resurrectionem, quamuis sint donati immortalitate. Deinde dico, fuisse Adamo datam immortalitatem, non simpliciter, & absolutè, sed solùm secundùm quid, quatenus videlicèt excludebat ab illo necessitatem moriendi, ita vt potuisset protrahere vitam quantum voluisset, absque vlla temporis taxatione, ad suum libitum duraturam, sub duplici tamen conditione, nempe conseruationis innocentiæ, & vsus ciborum, & præcipuè fructus ligni vitæ, vt fusè expendi in lib. de mistor. corruptibilitate disp. 1. ar. 2. In pęnam verò peccati, fuit illi determinata vitæ periodus arbitrio Dei, & vetitus

vsus

vſus ligni vitæ; & ideo amiſit immortalitatem.

Dices demum, ergo ſi Adam cibos nõ comediſſet in ſtatu innocẽtiæ, adhuc mortuus eſſet, adeòque non erat immortalis. Nego conſequentiam, quæ ſolùm valeret de immortalitate ſimpliciter, & abſolutè, non autem de conditionata, & ſecundùm quid. Deus enim ita Adamum per gratiam conſtituerat, vt per ſolum eſum fructuum Paradiſi, potuiſſet vitam protrahere in æternum, quoaduſque beatitudinis cæleſtis deſiderio, abſtineret ab eſu ciborum, vt terrenam vitam finiret, vt diximus loc. cit. Et ideo conſtituerat in medio Paradiſi lignum vitæ, cuius vſum Adæ non prohibuerat, *ex omni ligno comede* (vt dicitur Geneſ. 2.) *de ligno autem ſcientiæ boni, & mali non comede*, vt per eius eſum poſſet viuere quantum vellet, ſi permaneret in ſtatu innocentiæ.

## ARTICVLVS II.

### *Soluuntur obiecta hæreticorum.*

AD 1. Reſpondeo cum D. Aug. lib. 1. con. Iulian. c. 3. Negando vtramq; conſequentiam. Et ad 1. locum Chryſoſtomi dico cum eodem, illum ſolùm locutũ eſſe de peccatis actualibus proprijs; & ideo hoc teſtimonium paruipenditur ab Auguſtino dicente, *peccata dixit par-*

*uulos non habere, sed propria.* Quare ly *non inquinatos peccato,* intelligit Chrysostomus, nō inquinationem peccati actualis, quo carent pueri, non autem non inquinationem originalis. Et hoc modo soluuntur omnia alia similia loca, quæ afferuntur ex Basilio, Theodoreto, & alijs. Ad alium locum eiusdem dico, pueros nō constitui peccatores per Adæ inobedientiam formaliter, sed solùm causaliter, modo infra explicando; & hoc modo est explicandus Chrysostomus.

Ad 2. Distinguo minorem, infligeretur pęna æterna positiua, quæ dicitur pęna sēsus, nego: priuatiua, quæ dicitur pęna damni, concedo. Ambrosius ergo illis verbis allatis ab arguente (si tamen sunt illius, vt dubitat Bellarminus lib. 4. de statu peccati c.11.) solùm voluit asserere, nullum pati pęnam sensus ob Adæ peccatum, nisi occasionaliter, quatenus videlicèt Adæ peccatum fuit occasio nostrorum actualium, vt infra videbimus.

Ad 3. Nego minorem. Ratio est, quia defectus, & corruptio naturæ non potest esse iuxta naturam, quæ intrinsecè, & essentialiter petit suam integritatem. Sed quod sequitur ab Adam, sequitur per originem vitiatam, & corruptam. Ergo nō sequitur vt effectus naturalis. Hæc autem corruptio non prouenit ex defectu alicuius principij, profluentis ex ipsa natura secundùm se, sed ex defectu iustitiæ originalis, quæ licèt gratis data, quia tamen

men fuit data toti naturæ, vt vniuersaliter omnibus per primum suppositum cōmunicaretur, poterat dici naturalis; adeòque eius defectus intrinsecè vitiat semen humanum, quod proinde non potest efficere nisi naturam, vt priuatam tali iustitia, adeòque attingentem peccatum, originale, quod vel in eius priuatione consistit, vel illam dicit essentialiter sibi connexam.

Ad 4. Distinguo consequens, non potest formaliter transire, concedo: virtualiter, nego cōsequentiam. Vnde patet responsio ad eius primam probationem. Cùm enim semen humanum decidat ex natura corrupta, per priuationem iustitiæ originalis, dùm propagat talem naturam, propagat etiam talem priuationem, eo modo quo forma ignis proueniēs à principio priuato frigore, propagando calorem, propagat etiam frigoris priuationē, non eandem formaliter, sed virtualiter. Et ideo dicitur ā Trid. sess. 5. in peccatū originale esse *origine vnum, propagatione transfusum omnibus*. Ad aliam probationem dico, Adamum in ordine ad primā præuaricationem fuisse, non solùm caput physicum cæterorum, sed etiam morales, ex pacto Dei cum illo inito, vt si foret obediens, conseruaret sibi, & posteris iustitiam originalem, sin autem inobediēs amitteret illam sibi, & posteris, inficiendo totam naturam humanam. Quia ergo cum egit pœnitentiam, illam non egit vt

ca-

caput morale omnium, sed vt persona priuata, ideo abstulit quidem a se maculam peccati inobedientiæ, sicut aufertur in singulis per baptismum, non tamen illā abstulit à natura, quā infecerat; adeoque omnes eius posteri nascuntur maculati, nisi specialiter à Deo præseruentur, vt egregiè docet Aug. in lib. de prædestinat. Dei c. 4., & nos infra examinabimus.

Ad 5. Distinguo maiorem, vitia naturalia non sunt peccata, si considerentur materialiter vt talia in se, cōcedo: si considerentur formaliter per ordinem ad suū principium, nego, quia possunt esse effectus eius peccati. Priuatio ergo iustitiæ originalis materialiter, & in se sumpta, non est peccatum, tamen formaliter sūpta, vt dicit ordinem ad culpam Adæ, per quā inducta est in naturā humanam, & cū illa virtualiter in posteros propagatur, est peccatum, quod dicitur originale.

Ad 6. Nego maiorem; siquidem peccatum originale non transfunditur in filios, per generationem materialiter sumptam, quatenus est effectus physicus parētum, sed per generationem formaliter sumptam, quatenus videlicèt importat respectum ad Adam, vt primum naturæ caput, à quo tota fuit infecta. In ordine ergo ad proximos parentes, sequitur per accidens hoc peccatū, & solùm secūdùm suum materiale, eo, vel simili modo, quo sequitur ex concursu Dei. Sicut ergo Deus non dicitur peccare, ita neq; parentes

tes proximi. Immo neque ipse Adam generando peccabat, quia ad talem actũ non gerebat personam capitis, sicut gessit vsque ad esum pomi vetiti, sed priuatam, vel ad summum gerebat personam capitis physici, sed non moralis. Vnde sequitur, quod in transfusione talis peccati, eodem modo se habuit, sicut & alij, concurrẽdo nempe vt generans ad illius materiale; & vt dicebat ordinem ad suum primum peccatum, moraliter in se perseuerans, concurrebat etiam ad formale, quatenus dicebatur principium proximũ illius, moraliter perseuerantis, vt egregiè explicant Salm. to. 4. disp. 14 dub. 1. num. 19.

Dices, quisque tenetur vitare malum alienum, quod est in sua potestate. Ergo cùm parentes proximi possint vitare hoc malum filiorum, non vacando eorum generationi, si non vitent, peccant, quia faciunt contra charitatem.

Nego antecedens, quod non est vniuersaliter verum; non enim tenetur fęmina e. g. abstinere à confessione suorum criminum, quamuis præuideat ex illa secuturum peccatum confessarij, à quo vnicè possit audiri: neque ægrotus abstinere à sumptione pharmaci, quamuis ex illo præuideat pollutionem &c. quia hæc censentur consequi per accidens ex talibus actionibus, cæteroqui de se licitis, propter bonum commune conseruationis naturæ, indiuidui &c. Illud ergo effatum

de-

debet intelligi primò de actione per se illicita. Et deinde de actione illicita, non vtcumque, sed per odinem ad ipsum peccatum proximi, vt esset concubitus fornicarius, qui est formaliter illicitus, per ordinem ad fornicationem, quam traheret sui complicis ad suam cousentientis.

Ad 7. Nego consequentiam, quia quamuis semen non habeat in se formaliter animam nascituri, illam tamen habet virtualiter, quatenùs in se continet virtutem naturæ humanæ, in qua est anima, & quatenùs dispositiuè mouet ad ipsam animam, disponendo materiam ad illam recipiendam. Sicut ergo potest efficere naturam humanam, ita potest animæ in illa consistenti, communicare peccatum originale, eo modo, quo dictũ est supra, quatenus videlicèt illi præparat subiectum destitutum iustitia originali, per cuius informationem, etiam ipsa tali priuatione inficiatur. Verùm de hoc fusiùs agemus inferiùs, vbi soluentes etiá aliam rationem antecedentis. Prò nunc sufficiat, semen esse principium generationis, quæ est proprius actus naturæ, vt propagetur. Cùm ergo anima inficiatur per actum naturæ infectæ, ideo potest inf1ci à semine, licèt ab illo non attingatur per contactum formalem immediatum, sed solùm per virtualem, & mediatum, vt dictum est.

Ad 8. Nego maiorem, cùm non semper

per sit necessaria libertas ad peccandum, sed sufficiat voluntarietas. Cùm ergo inobedientia Adæ fuerit nobis omnibus voluntaria, modo infra explicando, fuit omnibus peccaminosa. Vnde sequitur, quòd nos non portamus iniquitatem primi parentis (vt obijciebatur in 2. argum.) sed propriam. Et ratio est, quia cum omniũ voluntates, in ordine ad illum actum, in vnum consenserint, vt membra consentiunt cum suo capite, ad actus corporales, ideo non fuit soliùs Adæ, sed omnium, qui proinde portant propriam iniquitatem, & non patris.

## ARTICVLVS III.

### *An quidditas peccati originalis consistat in aliquo positiuo?*

VIdetur quòd sic, Primò quia Matthias Flauius Illiricus (quem Gonettus vocat Lutheranorum rigidorum patrem) in quodam libello de peccato originali, ait, illud esse *ipsam hominis animam*, substantialiter ex Dei imagine, in Diaboli imaginem transformatam, vt referunt Canis. lib. 1. de B. Virgine, & Bellarm. lib. 5. de amiss. gratiæ c. 1.

2. Origenes lib. 2. periarcon. c. 9. supponens, omnes animas rationales fuisse simul creatas ante mundum corporeum, ne-

negat, peccatum originale per primum, hominem in alios propagari, sed singulos homines habere suum proprium peccatum originale, nempe illud primum, quod patrarunt in statu separationis, ratione cuius patrarunt & alia, in quorum pęnam fuerunt detrusæ in talia corpora. Vnde inferebat, hoc peccatum in singulis hominibus nihil esse aliud, quàm debitum illud positiuum, relictum in tali anima, vt maneat tali corpori, velut carceri mancipata.

3. Lutherus, Kemnitius, alijq;eiusdem sectæ hæretici dicebant, esse aliquod corporeum substantiale,nempe hominis cor, hepar, vel ipsum humanum compositum, quod dicitur humana natura, vt mordicus tuerentur, peccatum originale non esse in anima, vt refert ibid Bellarm.

4. Alij ex Lutheranis, & Caluinistis dicunt, esse fomitem, & concupiscentiam. Alij esse ipsa peccata actualia; Et alij alia.

5. Greg,de Arim.in 2,d.3.q 1.ar.2,ait, peccatum originale, saltem de materiali, includere quamdam qualitatem morbidā tàm spiritualem in anima, quàm materialem in corpore, progenitam in Adamo ex pomo vetito venenato,& ex afflatu serpentis tartarei, ad nos ex illo traductam per generationem libidinosam. Quam opinionem tuentur etiam Henricus, Gabriel,Okam,Riccardus,Gugliel. Paris. Guliel. Antitiodoren.& alij penès Salm.

Salm. hic disp. 16. dub. 2. num. 32.

6. Albertus Pighius & Ambr. Catharin. (quibus concinunt Toletus, Ouiedo, Salmeron, Arriaga, Curiel, Poncius, Vulpes, Delugo, Granatus, & alij) inquiunt, hoc peccatum nihil dicere nobis intrinsecum, eò quia putent, nihil esse aliud, quàm ipsum actuale Adami peccatum, commissum ab ipso, vt repræsentante omnes posteros; adeòque in ratione culpæ, esse nobis penitus extrinsecum, vt refert, & confutat Vasq disp. 132. c. 2.

7. Durand. in 2. d. 30. q. 3. Roffensis ar. 2. con. Luther. & alij docent, peccatum originale nihil esse aliud, quàm reatum pęnæ, siue æternę, siue temporalis. cui sumus obnoxij, propter Adæ peccatum.

8. Nunno in 3. p. q 86. ar. 2. Greg. Martinon hic ar. 1. dubio 1. Albertus Magnus, Burgensis, & Bonauentura docent, peccatum originale esse habitum, seu qualitatem aliquam positiuam. Quibus videtur accedere D. Tho. hic q. 81 ar. 1. in corp. vbi ait, *Originale peccatum est habitus, non quidem sicut scientia, sed sicut quędam inordinata naturę dispositio, consequens originalis iustitiæ priuationem.* Munus autem huius habitus dicunt, esse inclinare hominem ad bonum commutabile, vt ad vltimum finem.

Conclusio, *Peccatum originale non consistit formaliter in aliquo positiuo, quod transfundatur ad posteros per Adæ peccatum, via seminaria.*

Pro-

Probatur, quia hoc positiuum, vel esset nobis extrinsecum, vel intrinsecum? Primum repugnat Tridentino sess. 5. can. 2. quo definitur, peccatum originale, *inesse vnicuique proprium*, adeòque esse omnibus per baptismum non renatis intrinsecum. Secundum sustineri non potest, vt mox patebit, cum reijciemus præfatas opiniones. Ergo non potest esse aliquod positiuum, vt plerique docent theologorum.

Ad 1. figmentũ, quod solidissimis rationibus confutatur ab Aug, tamquàm Manicheismus lib.con.ep. fundamenti c. 33. & seqq. Nego suppositũ, primò quia admittit, malũ esse substãtiam, & naturam, quod nos toties reiecimus vt erroneum; aliter cùm omnis substãtia sit Deus, vel à Deo, cùm hæc non possit esse Deus, in quo non cadit malum, necessariò esset à Deo, qui proinde esset author mali, quod est hæresis Caluinistarum. Deinde quia cùm anima sit spiritualis, & immortalis, non potest substantialiter immutari, & fieri mala, cùm priùs esset bona. Et demum quia definitur à Trident. sess. 5. can. 5. per baptismum tolli in renatis *totum id, quod veram, ac propriam peccati rationem habet*, quamuis non tollatur anima, à qua fit hæc ablatio. Ergo cùm ratio peccati originalis sit seperabilis ab anima, non potest esse eius natura, seu substantia.

Neque obstat, quod ipse Aug. lib. 7. de gen. ad lit. c. 27. dixerit, Adam per peccatum perdidisse imaginem Dei, quam per

per creationem acceperat, Primò quia non loquitur de imagine quoad ſubſtantiam, ſed quoad eius nitorem,& pulchritudinem, quorum Adam fecit iacturam, vt ipſe ſe explicans loquitnr lib. 2. retract. c.24. his verbis, *Quod dixi Adam imaginem Dei, ſecundũ quem factus eſt, perdidiſſe peccato, non ſic accipiendum eſt, tamquam in eo nulla remanſerit, ſed quod tàm deformis, vt reformatione opus haberet*. Ex quibus patet ſecunda ſolutio, nempe imaginem conditoris, expreſſam per animæ ſubſtantiam, non fuiſſe amiſſam, ſed ſolam accidentalem, quæ reſultauit in anima, per collationem iuſtitię originalis, quam abſtulit præuaricatio.

Ad 2. Patet reſponſio ex dictis in 3. de an.diſp.2.ar.3. vbi ex profeſſo impugnauimus errorem Origenis. Et preterea ex Trid.ſeſſ.5 can.3. vbi definitur, peccatum originale eſſe vnum origine, & ab Adam in alios propagatum. Ergo non eſt primũ peccatum, quod patrarunt animæ in ſtatu ſeparationis, quod eſſet multiplex, & diuerſum in ſingulis, ab Adam non propagatum.

Ad 3. Patet reſponſio ex reſponſione primi.

Ad 4. Dico, concupiſcentiam, & fomitem remanere in baptizatis, ad eorum exercitium, vt de ſe teſtatur Apoſt. c.7. ad Rom. *Sentio aliã legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ*. Ergo licèt poſſit dici effectus peccati originalis, non ta-

tamen poteſt eſſe ipſum peccatum, à quo eſt ſeparabilis. Neque obſtat, quod idem Apoſtol. ibid. fateatur, *Iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum*; Siquidem ibi vocatur peccatum quod eſt effectus peccati, & ſæpe cauſa peccati, vt explicat Trid. ſeſſ. 5. can. 5. Quòd ſi vocetur peccatum ab Aug. lib. 5. con. Iul. c. 3 debet exponi, non de peccato, vt eſt offenſa Dei, ſed vt eſt vitium, & infirmitas naturæ, & vt inclinat ad peccatum, vt ſe explicat lib. 1. retract. c. 15 & lib. 2. de nuptijs c. 23. Ad alios, qui aſſerunt, eſſe ipſa peccata actualia ſingulorum, patet ſponſio ex ſupra allegatis definitionibus Tridentini, quibus habetur, originale eſſe vnum, omnibus vt proprium inexiſtens, ab Adam diffuſum.

Ad 5. Dico, huiuſmodi morbidam qualitatem, ſiue ſolidam, ſiue fluentem communiter explodi vt fabuloſam, Primò quia non haberet cauſam. Vel enim eſſet à Deo, & illum faceret authorem peccati; vel ab aflatu ſerpentis, & ſolam Euam infeciſſet, cum qua fuit confabulatus, & fieri non poſſet, vt tot ſeculorum decurſu non ceſſaſſet. Deinde concupiſcentia, habitus vitioſi, & fomes peccati, quamuis inclinent ad malum, non tamen proinde ſunt formaliter peccata, vt diximus ſupra. Ergo licèt admitteretur huiuſmodi qualitas inclinans ad malum, non tament ipſa eſſet quidditas peccati. Neque obſtat quòd Aug. lib. 4. hypognoſticon

c. 2.

c. 2. doceat, corpus Adæ fuisse infectum venenoso sibilo tartarei serpentis. Siquidem nomine sibili intelligit, non flatum formaliter scaturiens virus, sed fraudolentam suasionem, qua induxit Adam ad peccatum, quod est virus animæ. Multò minùs, quòd lib. 1. de nuptijs c. 25. dicat, originale peccatum esse languorem animę, & habitudinem quamdam prauæ qualitatis, siquidem nomine peccati originalis, in tali loco intelligit effectum illius, nempe appetitum sensitiuum, vt rebellantem rationi, propter defectum iustitiæ originalis, ratione cuius inclinat ad peccatum.

Ad 6. Dico, sententiā Pighij, & Catharini communiter vt erroneam, & sapieutem Pelagianismum explodi, vt probat Vasq. disp. 132. c. 3. & ideo fuit abrasa ab indice expurgatorio, vt docet Gonet disp. 7 ar. 5. §. 2 vbi eam vocat periculosam, & parum distantem ab errore Pelagij, circa hoc peccatum. Et ratio est, quia non solùm repugnat Apostolo c. 5. Ad Rom. *Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum* (quod certè non potest intelligi de vetita comestione Adæ, quæ vt actus illi immanens, ad alios transfundi non potuit, sed de aliquo alio ex illo deriuante, quod inficiat posteros,) sed etiam Tridentino sess. 5. can. 3. vbi definitur, originale inesse omnibus proprium, & sess. 6. cap. 3. vbi dicitur, quòd omnes dùm concipiuntur, propriam iniustitiam con-

contrahunt. Ergo hæc sententia sustineri non potest. Neque obstat quod dicit Apostolus ad Rom. 5. *Per vnius inobediẽtiam peccatores constituti sunt multi.* Et *In quo omnes peccauerunt* Nam primus locus debet accipi causaliter, & non formaliter, primò quia dicitur inobedientia vnius, & non multorum. Ergo hoc ideo euenit, quia talis inobedientia fuit origo, ex qua multi deriuarunt peccatores proprio peccato. Deinde quia ibidem dicitur, *Sicut per inobedientiam &c. ita per vnius obedientiam iusti constituuntur multi.* Sed nos non constituimur formaliter iusti per obedientiam Christi, sed solùm causaliter meritoriè. Ergo neque constituimur formaliter peccatores per inobedientiam Adæ. Et similiter debet exponi secundus locus, quòd videlicèt prauitas Adæ non sit nostra formaliter, sed solùm quoad effectum, amittendi voluntariè iustitiam originalem.

Ad 7. Dico, reatum pœnæ, siue explicetur per obligationem ad pęnam, siue per condignitatem pęnæ, semper supponere culpam, cui soli debetur pęna. Ergo in tali reatu non potest haberi quidditas peccati originalis, quod est eius causa.

Ad 8. Quamuis pateat responsio ex dictis, tamen placet huiusmodi sententiam speciatim paucis impugnare. Imprimis ergo displicet, quia peccatum originale de sua ratione formali, non dicit conuer-

uersionem ad creaturam, sed solam destitutionem animæ à iustitia originali, quæ æquiualet auersioni à Deo, vt docet D. Tho. q 5. de malo ar. 2 & ideo illi correspondet sola pęna damni, vt videbimus infra. Ergo non potest formaliter consistere in conuersione habituali, siue in habitu inclinante ad bonum commutabile. Deinde talis habitus non potest deriuare ex peccato Adæ, quod neque physicè, neque moraliter potest illum efficere. Ergo non potest esse peccatum originale, quod necessariò deriuat ex Adæ peccato. Probatur antecedens, causa physica debet necessariò existere. Sed Adæ peccatum nunc non existit. Ergo nihil potest physicè causare, præsertim cùm nihil physicum produxerit in semine, per quod dicatur existere virtualiter; & quāuis produxisset, cùm semen non sit virtus peccati Adæ, sed naturæ humanæ, adhuc tamen per illud, non existeret Adæ peccatum virtualiter. Sed neque potest causare moraliter, ex vi pacti initi à Deo cum Adam, primò quia actus peccaminosus Adæ non fuit physicè mutatus per tale pactum, ita vt acquireret vires ad operandum, quas ex se non haberet. Et deinde quia si aliquid nunc posset ex vi pacti, hoc tribueretur Deo, vt causę particulari, adeoque Deus esset author peccati originalis, vt in posteros transfusi, quod est blasphemum. Ad auctoritatem D. Tho. patebit resp. ar. sequenti ad 3.

# ARTICVLVS IV.

## *An formalis quidditas peccati originalis consistat in priuatione iustitiæ originalis?*

VIdetur quòd non, Primò quia omne peccatum debet constitui, per priuationem conformitatis ad legem, siue actualem, siue habitualem, prò diuersitate peccati, actualis, vel habitualis. Ergo non consistit in priuatione iustitiæ originalis Probatur antecedens, sicut enim rectitudo actus, consistit in conformitate cum diuina lege, ita & prauitas in eius difformitate, quæ nihil est aliud, quàm priuatio conformitatis.

2. Malitia cuiuscumque peccati est adæquatè positiua, vt fusè probauimus in 1. de gener. disp. 3 ar. 4, , eò quia necessariò dicat auersionem à Deo, & conuersionem ad creaturam, quæ dicunt motum positiuum. Ergo etiam malitia peccati originalis est positiua.

3. Peccatum originale est quædam inordinata dispositio, proueniens ex dissolutione illius harmoniæ, in qua consistebat ratio iustitiæ originalis, vt docet D Tho. 1. 2. q 82. ar. 1. vbi deducit, illud esse habitum, & languorem naturę. Ergo est aliquod positiuum, vel saltem non est pura priuatio, sed est quidam habitus cor-

corruptus, vt idem docet ibid. ad 1.

4. Potuit Deus non tribuere Adæ iustitiam orginalem, vel saltem dare illi soli, vt singulari personæ, & non vt capiti morali. In tali casu, ipso peccante, transmitteretur in posteros peccatum originale, cuius quidditas non posset consistere in priuatione iustitiæ orginalis, quã vel Adam non habuisset, vel non habuisset in posteros transmittendam. Ergo huius peccati quidditas est separabilis a tali priuatione, adeòque non potest in illa consistere.

5. Si hoc peccatum consisteret in priuatione iustitiæ originalis, non posset auferri, nisi talis iustitia redderetur, eò quia priuatio à subiecto tolli non possit, nisi per aduentum formæ positiuæ oppositæ. Sed hoc est falsum, eò quia per baptismũ tollatur peccatum originale, non restituta iustitia originali, vt infra probabitur. Ergo non consistit in eius priuatione.

6. Priuatio talis iustitiæ est pęna peccati originalis, vt docet D. Tho hic q. 85. ar. 5. & q. 5. de malo ar. 1. Sed est impossibile, quod pęna constituat culpam, cui rependitur; aliter effectus constitueret suam causam, quod est impossibile. Ergo priuatio iustitiæ originalis, non potest esse formalis quidditas peccati originalis.

7. Peccatum originale, vt formaliter tale, non est à Deo, aliter non posset esse vltor illius. Sed priuatio talis iustitię est

à Deo. Ergo talis priuatio non est formalis ratio peccati originalis. Maior, & consequentia sunt euidẽtes. Minor probatur, primò quia cùm hæc sit pęna culpæ originalis, à solo Deo infligitur. Et deinde quia Deus non potest purè omittere, vt probauimus in 1 phys. Ergo cùm Deus non habeat volitionem efficacem, dandi posteris Adę iustitiam originalem, habet volitionem efficacem, illam non dandi, quæ æquiualet volitioni eius priuationis, seu nolitioni formę oppositę, respectu illorum, stante circumstantia culpæ originalis.

Conclusio, *Formalis quidditas peccati originalis consistit in priuatione iustitię originalis, quatenus hæc dicebat in Adam gratiam sanctificantem, in posteros transfundendam*. Ita D. Tho. 1 2. q. 82. ar. 3. cum quo sentiunt ferè omnes alij.

Probatur 1. peccatum originale tollitur omninò per baptismum, vt definitur à Trid. sess. 5. can. 5. Ergo in eo solo debet illud formaliter consistere, quod tollitur per baptismum, vt definitur in Concilio Mileuitano can. 2. de peccato originali, his verbis, *Paruuli, qui nihil peccatorum in semetipsis committere potuerunt, ideo in peccatorum remissione veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt*. Atqui per baptismũ non tollitur priuatio iustitiæ originalis, nisi secundùm quod dicebat gratiam sanctificantem, quæ sola redditur. Ergo tota

ra-

ratio formalis culpæ originalis, habetur per solam priuationem iustitiæ originalis, vt dicebat gratiam sanctificantem; aliter per eius solam restitutionem, non tolleretur totum id, quod habet veram, & propriam rationem peccati, quod pugnaret cum Trid. loc. cit definiente, *Si quis per Iesu Christi gratiam, quæ in baptismate confertur, reatum originalis peccati remitti negat, aut asserit, non tolli totum id, quod veram, & propriam peccati rationem habet, anathema sit.*

2. Peccatum originale non est actuale posteris Adæ, sed habituale. Ergo debet consistere in aliquo, vnde habeatur eius habitualitas. Sed hæc habitualitas habetur adæquatè formaliter per illud, quod remanet in illis, ex peccato actuali Adę, in quo illud dicitur virtualiter permanere. Ergo quia ex peccato actuali Adę, non remanet in posteris non baptizatis, nisi priuatio iustitiæ originalis, in illa sola cōsistit eius habitualitas, adeòque quidditas peccati originalis. Sicut enim iustus habitualiter, habetur formaliter per actū iustitię, virtualiter permanentem in gratia sanctificante, quam relinquit in subiecto talis actus; ita malus habitualiter, habetur per actum prauum, virtualiter permanentem in priuatione gratiæ, quam relinquit in anima. Quia ergo peccatum Adæ fuit omnibus posteris voluntarium, ideo perseuerans in priuatione iustitiæ, quam induxit, facit omnes habitualiter

peccatores, desumpta malitia ex solo Adę peccato, præterito quidem secundùm actum, tamen perseuerante in suis effectibus, quorum primarius est priuatio iustitiæ originalis, quatenus videlicèt rectificabat animam, illamque Deo vniebat, vt vltimo fini, sicut etiam facit gratia habitualis. Et ideo diximus, tale peccatum consistere in priuatione iustitię originalis, cum limitatione ad solum eius effectum primarium, ex quo deinde dimanant omnes alij, qui proinde dicuntur secundarij.

Ad 1. Nego consequentiam. Sicut enim conformitas habitualis ad legem diuinam, nihil est aliud, quàm gratia sanctificans, cum perfectionibus ab ea diriuantibus; ita difformitas habitualis nihil potest esse aliud, quàm eius priuatio. Vnde retorquetur argumentum, cùm nomine priuationis iustitiæ originalis, intellexerimus priuationem gratiæ sanctificantis, vt primarij illius effectus.

Ad 2. Nego consequentiam, cùm illa doctrina valeat solùm de peccato commissionis actuali, non autem de habituali.

Ad 3. Nego consequentiam. Et ad doctrinam D. Tho. dico, vocari ab illo peccatum originale, dispositionem inordinatam impropriè, & metaphoricè (vt hic obseruat Gonettus) quatenus videlicèt partes humanæ naturæ, malè se habeant per tale peccatum, ob carentiam iustitię ori-

originalis, qua benè dispositæ, sanitate fruebantur. Et ideo à sanitate decidentes, in ægritudinem, & languorem prolapsæ sunt, non quidem formaliter, sed caussaliter. Quando autem appellat hoc peccatum habitum corruptum, non debet exponi de habitu positiuo, consistente in corruptione, (vt hic glossat Caietanus) sed de ipsa habitus corruptione formali, quæ nihil est aliud, quàm priuatio iustitiæ Originalis; aliter cùm habitus corruptus sit habitus non habitus, ex doctrina D. Thomæ sequerentur contradictoria.

Ad 4. Dico, multa valere in hoc rerum ordine, quæ in alio non valerent. Sicut ergo si Deus non eleuasset hominē ad statum gratiæ, eius peccatum habituale non esset priuatio gratiæ, sed haberetur per puram denominationem extrinsecam à peccato præterito; ita accidisset, si Deus Adæ non dedisset iustitiam originalem, posteris communicandam. Nam tunc peccatum originale haberetur per puram denominationem extrinsecam, à peccato Adæ non retractato. In tali autem statu, hoc dici non potest, quia posita eleuatione Adæ, & posterorum ad gratiam, & iustitiam originalem, quæ fuerunt amissæ per Adæ peccatum, quod etiā posteris fuit voluntarium, quoadusque illud deleatur per baptismum, remanet vtriusque priuatio, intrinseca omnibus, & singulis, in qua possumus saluare eius ha-

bitualem permanentiam, nec possumus recurrere ad extrinsecam illam denominationem, quæ non saluat definitiones Conciliorum, asserentium, illud esse omnibus, & singulis proprium, & intrinsecum, vt videre est in Trid sess.5. can.3. Vnde sequitur, quòd in tali statu, hoc peccatum sit diuersæ rationis, ac esset in alio statu, sicut est pęna damni in damnatis, quæ esset diuersa, si homo non fuisset eleuatus ad beatitudinem supernaturalem?

Ad 5. Nego minorem. Cùm enim dictum sit, talem priuationem non opponi iustitiæ originali, in tota sua latitudine sumpta, sed solùm vt dicit effectum primarium, indistinctum ab effectu primario gratiæ sanctificantis, eò ipso quòd reddatur hæc iustitia, secundum talem effectum, quo anima rectificatur, & vnitur Deo, vt vltimo fini, iam restituitur secundùm oppositionem, quam habet cũ tali priuatione; & per consequens illa redeunte, tollitur hæc priuatio, adeòq; ipsum peccatum originale, licèt remaneant aliæ eius pęnalitates, ratione quarum non redditur adæquatè iustitia originalis.

Ad 6. Dico, huiusmodi priuationem posse considerari dupliciter, nempe, vt prouenientem à vi demeritoria peccati Adæ, & vt prouenientem à Deo, qui non vult illud condonare, sed punire. Quatenus ergo prouenit à peccato, habet ratio-

tionem peccati habitualis originalis; quatenus verò prouenit à Deo, habet ra-nem pęnæ. Neque est absurdum, quod idem secundùm diuersa, possit habere rationem culpæ, & pænæ, vt docet D. Tho. q. 1. de malo ar. 4. ad 1. licèt non possit secundùm idem, vt infra patebit.

Ad 7. Nego minorem, iuxta modificationem mox allatam. Et ad eius probationes respondebimus infra, cum agemus de duratione peccati originalis.

## ARTICVLVS V.

### *An peccatum originale sit posteris voluntarium, & culpa?*

VIdetur non esse, Primò quia quod est à principio extrinseco, non est voluntarium, vt patet ex eius definitione. Sed originale est à principio nobis extrinseco, nempe à voluntate Adami, eiusque primo actuali peccato. Ergo non est nobis voluntarìum.

2. Posteri se habent merè passiuè ad originale, quod solùm patiuntur, absque proprio consensu, eo modo quo ab alio percussi patiuntur vulnus. Sed vulnus nō imputatur vt culpa ipsi percusso. Ergo neque posteris Adæ eius peccatum.

3. Omni peccato debetur increpatio ex 3. ethic. Sed pueris non debetur increpatio ob Adæ peccatum. Ergo non fuit

fuit illis voluntarium, adeòque illis non imputatur in culpam.

4. Peccatum actuale Adæ non fuit capitale, sed personale, & ideo priùs infecit eius personam, & deinde naturam, vt docet D. Tho. 3 p. q. 8. ar. 5. ad 1. & q. 69. ar. 3. ad 5. cùm oppositum debuisset accidere, si fuisset capitale. Ergo non fuit posteris voluntarium, qui non consenserunt ad actus personales Adæ, adeòque non potuit in illos propagari.

5. Peccatum Adæ non potest esse nobis voluntarium, nisi quatenus in illo cōtinebamur. Atqui in illo non continebamur in actu, sed in potentia. Ergo non potest esse nobis voluntarium, nisi in potentia.

6. Transfusio nostrarum voluntatum in Adam, à solo Deo facta fuit, absque nostra cognitione, & consensu. Ergo per illam nō potest eius peccatum nobis imputari, vt voluntarium. Antecedens patet, quia tunc non eramus, adeòque non poteramus præbere nostrum consensum. Probatur consequentia, cùm peccatum insit peccatori, intrinsecè eius animam maculans, non potest fieri, absque proprio consensu, per quem voluntas deordinetur à lege Dei; & ideo neque pupillus punitur propter delictum tutoris, neque filius propter iniquitatem patris.

7. Non potest transferri voluntas vnius in voluntatem alterius, absque consensu illius, & facultate reclamandi; aliter

ter esset iniusta translatio, præcipuè cum extensione ad culpam, vtpoteque exponeret alium ad euidens periculum peccãdi, & damnationis, absque proprio consensu. Sed Deus non potest iniustè operari. Ergo non potuit transferre in Adam omnium voluntates.

1. Concl. *Quamuis peccatum originale sit omnibus per se, & intrinsecè voluntarium, non tamen est voluntarium physicè, & formaliter, sed solùm moraliter, & terminatiuè.* Est ferè communis inter catholicos.

Probatur prima pars, illud est per se, & intrinsecè alicui voluntarium, quod dicit intrinsecè, & per se ordinem ad aliquod eius voluntarium formale, à quo causetur. Sed peccatum originale dicit in omnibus, & singulis hominibus ordinem intrinsecum, & per se ad actuale peccatum Adæ, à quo causatur, quod fuit omnibus, & singulis voluntarium formale. Ergo est omnibus, & singulis voluntarium intrinsecè, & per se.

Probatur secunda pars, nostra voluntas non consensit peccato Adæ, vt erat physicè nostra voluntas, sed vt erat voluntas Adæ. Ergo non est nobis voluntariũ, per ordinem ad nostram liberam voluntatem physicè talem, eò quia nostra voluntas fuerit semper physicè distincta à voluntate Adæ, cum qua numquam fuit physicè alligata.

Probatur tertia, Non est nobis volunta-

tarium hoc peccatum, nisi quatenus voluntas Adæ, vt erat primum caput morale omnium, continebat in se moraliter nostras voluntates. Ergo non est nostrũ, nisi quatenus voluntas Adæ censetur nostra. Non censetur autem, nisi moraliter, propter connexionem cum illo, vt capite morali. Ergo non est voluntarium, nisi moraliter.

Probatur quarta, Voluntarium definitur communiter cum D. Tho. 1. 2. q. 6. ar. 1. *Quod est ab intrinseco, cum cognitione finis* ex Phil. 3. ethic. c. 1. dicente, *voluntarium est illud, cuius in se principium continet is, qui scit res singulas, in quibus actio versatur*. Hoc autem aliud est voluntarium formaliter, & consistit in actuali exercitio voluntatis, siue positiuo, siue priuatiuo: aliud voluntarium terminatiuè, & consistit in termino, seu effectu prædicti exercicij, quatenus dicit respectum ad voluntatem, vt sui causam, mediante voluntario formali. Quia tamen hic respectus aliquando conuenit his effectibus per se, & intrinsecè, vt sunt actus ab ea eliciti, & aliquando extrinsecè, & per accidens, quatenus videlicèt de facto ab illa producuntur, cùm tamen possent ab alio produci, vel absque eius influxu conseruari, vt sunt habitus virtutum, & vitiorum, ideo voluntarium aliud est intrinsecè, & per se, & aliud extrinsecè, & per accidens. Hoc posito, quia peccatum originale non est actuale exer-

exercitium nostræ voluntatis, ideo non est formaliter nobis voluntarium. Quia tamen pendet essentialiter à peccato Adæ, quod fuit nobis moraliter voluntarium, ideo moraliter terminatiuè est nobis voluntarium, quatenus consistit in priuatione iustitiæ originalis, quæ vt ab illo causata, est eius effectus, vt dictum est, & ita est eius effectus, vt sit etiam effectus nostræ voluntatis, quatenus videlicèt alligata moraliter cum voluntate Adæ, eliciuit cum illa moraliter primum Adæ actuale peccatum.

Dices, peccatum hoc, est formaliter peccatum. Ergo est formaliter voluntarium. Nego consequentiam, quia peccatum constituitnr formaliter, per ordinem ad legem Dei, & ideo dicitur *Factnm, dictum, concupitum contra legem aeternam Dei*; voluntarium autem per ordinem ad voluntatem. Quia ergo potest aliquid esse formaliter contra legem Dei, licèt formaliter non oriatur à voluntate, prout est in se, sed solùm prout fuit in sui causa, sicut est originale, ideo est formaliter peccatum, quamuis non sit formaliter voluntarium, sed solùm terminatiuè. Præterquamquod posset etiam negari antecedens, quia quidquid sit de originali originante, certè originatum non est formaliter contra legem Dei, sicut neque est peccatum habituale, sed potiùs est terminus, & effectus operationis, diuinæ legi contrariantis. Ergo non est formaliter

ter peccatum, sed solùm terminatiuè, si loquamur in rigore scholastico. Et ratio est, quia homo non solùm fit formaliter inuisus Deo, & dignus pęna, per id quod est formaliter contra eius legem, sed etiam per illud, quod est effectus, & terminus talis contrarietatis. Ergo non totum illud, quod reddit infensum Deo, & dignum pęna, est formaliter peccatū, sicut non est formaliter voluntarium totum illud, quod quomodocumque procedit à voluntate.

2. Concl. *Quamuis peccatum originale insit omnibus, & imputetur singulis vt proprium, non tamen imputatur singulis, seu habet rationē culpæ, proprietate personæ, sed solùm naturæ, quatenus videlicèt ab instanti conceptionis, omnes fiunt membra humanę naturæ, ab Adam propagatæ.* Est communis.

Prima pars patet ex Trid. sess. 5. can. 3. vbi dicitur, *Adæ peccatum, quod origine vnum est, & propagatione, non imitatione transfusum omnibus, inest vnicuique propriū.* Secunda probatur, non potest imputari, nisi inquantum est culpa, & voluntariū. Cùm ergo sit solùm culpa secundùm naturam, & solùm terminatiuè voluntarium, non potest esse proprium, proprietate personali, sed sola proprietate naturæ, vt meliùs mox patebit.

Probatur tertia, ratio culpæ sequitur rationem voluntatis. Sed originale non est voluntarium, nisi quatenus singuli homi-

mines, vt membra eiusdem corporis mystici, subduntur Adamo, tamquam eius capiti morali, cuius proinde voluntas dicitur voluntas omnium, eo modo quo actus communitatis dicitur actus omnium illam constituentium, quamuis proprio arbitrio, & per se ipsos illum non faciant. Ergo originale non est in singulis culpa, vt sunt personæ priuatæ, per priuatam, & propriam deordinationem à lege Dei, sed per deordinationem communẽ, quæ facta à capite, tribuitur toti naturę, & à D. Tho. peccatum Adæ, dicitur commune omnium peccatum, ac si omnes homines essent vnus homo, vel conuenirent in vnum, ad illud patrandum.

Vnde patet responsio ad 1. Quamuis enim voluntas Adę sit nobis physicè extrinseca, tamen est intrinseca moraliter, quatenus fuit voluntas capitis, & naturæ, cuius nos membra sumus. Et ideo peccatum Adæ fuit moraliter nostrum, & nobis imputabile, non quidem vt personale Adæ, sed vt naturæ, modo mox explicato.

Ad 2. Nego maiorem. Et ratio est, quia non purè patimur quod actiuè moraliter facimus. Vnde corruit paritas passiuæ percussionis, ad quam percussus nullatenus influit. Quod autem actiuè influamus moraliter, ad priuationem iustitiæ originalis, adeòque ad ipsum originale, facilè probatur ex eo, quià consensimus cum capite ad peccatum, posito quod

Adam

Adam acceptauerimus in nostrum caput morale, vnde nobis facta est debita iustitia originalis, quæ solo peccato poterat impediri, & ideo eius carentia in nobis est priuatio formæ debitæ.

Ad 3 Salmaticenses negant minorem, cum D. Tho. q. 4 de malo ar. 1. Eorum fundamentum est, quia licèt de facto verbis contumeliosis, nulli à nobis exprobretur peccatum originale, quod omnes contraximus, tamen posset exprobrari; immo dicunt, pęnam positiuam morborum, ęrumnarum, & mortis esse exprobrationem, à Deo nobis assiduè factam. Sed hæc doctrina mihi non probatur, quia exprobratio non potest cadere, nisi supra id, quod ita fuit sub nostra libera potestate, vt potuisset liberè omitti. Peccatum autem originale, neque fuit formaliter sub nostra libera potestate, neque potuit à nobis liberè omitti. Ergo non est nobis exprobrabile. Et ideo D. Tho. in loco cit. ait, quòd si hoc peccatum referatur ad personam, ex defectu voluntarij, non habet increpationem, sicut habet, si referatur ad naturam, quod idem est, atq; esse increpabile tantùm in capite, in quo fuit cum actuali, & formali voluntario, non autem in membris, in quibus inest, vt purus illius terminus, cum solo merito pęnæ damni. Relicta igitur huiusmodi responsione, distinguo maiorem, omni peccato debetur increpatio, si sermo sit de actuali, concedo: si de habituali, & sub-

subdistinguo, si sermo sit de eo quod dicit respectum ad actuale præteritum, formaliter liberum, & physicè voluntariũ, concedo: si de eo, quod dicit respectum ad actuale, moraliter tantùm voluntariũ, nego maiorem. Et admissa minori, distinguo consequens, non fuit voluntarium physicè, & formaliter, concedo: moraliter, & terminatiuè, nego consequentiam. Et hæc est ratio, cur non transfundatur in posteros, ipsum actuale Adæ peccatum, sed solùm eius habituale, vt dictum est.

## ARTICVLVS VI.

### *Soluuntur reliqua argumenta contraria.*

AD 4. Nego antecedens. Ad cuius probationem dico, in Adamo per prius fuisse esse tale suppositum, quàm esse caput morale; & ideo quia actiones sunt suppositorum, eius peccatum actuale priùs infecit personam, quàm naturam, ita vt quatenus inficiens naturam, esset capitale. Peccatum verò originale, quod est eius terminus, priùs inficit naturam, quàm personam, quia non est aliquid positiuum per modum actus, sed priuatiuum per modum habitus, per quod ipsa natura malè disponitur habitualiter, ex vi carentiæ iustitiæ originalis, per rebellionem carnis à spiritu.

Ad

Ad 5. Distinguo minorem, non continebamur in Adam in actu, physicè loquendo, concedo: moraliter, nego minorem, & consequentiam. Quamuis enim purè physicè, solùm virtualiter contineremur in Adam, quatenus videlicèt eramus in eius virtute generatiua; moraliter tamen ita continebamur, ac si præsentes illi consensissemus, adeòque in actu, & non in potentia. Et ratione huius moralis continentiæ, actio Adæ, quæ fuit in se physicè formaliter immanens, & solùm virtualiter transiens, facta est formaliter transiens, transeundo ad omnes, & singulos posteros, moraliter loquendo; non quòd ille actus numero sit in nobis, vt sumus in nobis extra Adam, sed quòd eius terminus sit in nobis, nempe carentia iustitiæ originalis, ratione infectionis totius naturæ in capite, quæ proinde non potest, nisi infecta, ad membra descendere. Hæc autem infectio, quando membra erant solùm virtualiter in capite, in eo solo producebat suum terminum: quando verò hæc membra, per realem discretionem à capite, sunt in seipsis, producit etiã in illis talem terminum, qui cùm sit priuatiuus, vt omnibus communicetur, satis est, quòd iustitia originalis, quæ est perfectio illi opposita, per caput posteris communicanda, auferatur ab ipso capite.

Ad 6. Nego consequentiam. Ad cuius probationem dico, verum esse, requi-

iiri ad proprium peccatum, aliquem oprium consensum inordinatum, in o tamen genere, in quo est peccatum. ùm ergo peccatum originale non fuet proprium personale, sed naturæ, non quiritur ad eius contractionem consensus proprius personalis, per voluntatem indiuiduam, sed sufficit consensus apitis, in quo quia fuerunt alligati consensus omnium membrorum, omnia hæc ossunt moraliter suum proprium consum recognoscere, & censentur cum lo consensisse. Ad paritatem tutoris, & ij, respondeo hic non valere, quia im homines non habeant potestatem, si ad actus externos, non possunt vnire iorum voluntates, in ordine ad peccaim, aliosque actus internos, sicut habet Deus, qui cùm sit perfectissimus dominus mnium voluntatum, quarum motus, & ctus eminenter in se continet, potest prò o libito eorum aliquas in vnum colliare, etiam in ordine ad peccatum, quod im fiat per auersionem ab vltimo fine, ie formali, vt est mortale, siue dispositiuè, vt est veniale, potest à Deo fieri, vt itratum ab vno, tamquam aliorum cate, etiam alijs imputetur, eo quia ad ipm spectet ordinare omnium volutates vltimum finem, & disponere quidquid lueerit circa talem ordinationem.

Dices, ergo potest Deus alligare meã lũtatem, cum voluntate cuiuslibet mami peccatoris, meque cum illo peccante,

te, etiam nescium, & inuitum damnare, propter illius peccata mihi imputata, eò quia Deus sit perfectissimus dominus omnium voluntatum, quas eminenter continet, & hæc alligatio non sit aliquid physicum, sed morale.

Nego consequentiam. Ad cuius probationem dico, verum esse, hanc alligationem esse aliquod morale, vtpote dependentem ex libera Dei ordinatione, non tamen esse purè morale, sed includere etiam aliquod physicum, vt fundamentum ipsius, nempe quòd illę voluntates, quæ cum alia alligantur, aliquo modo in illa physicè contineantur, ita vt vnum suppositum physicè loquendo sit aliud, saltem virtualiter, sicut effectus aliquo modo est causa, in quo virtualiter continebatur, & per cuius esse participationem existit. Vnde sequitur, non posse nunc Deum alligare meam voluntatem cum voluntate Caij, quia cùm non sit meus pater, eius voluntas neque formaliter, neque virtualiter est physicè mea. Contra verò volnntas Adæ, vt primi capitis physici, est virtualiter mea voluntas, quatenus in illo continetur virtus physica, mihi communicandi suam naturam, in qua est talis voluntas.

Vrgebis, voluntas est in anima, & non in carne. Cùm ergo anima non communicetur, neque potest illa voluntas communicari, & per consequens physicè loquendo, neq; virtualiter voluntas Adę est mea voluntas. Resp.

Resp. voluntatem esse immediatè in
otentia animæ, & mediatè in carne. Cùm
rgo caro communicetur, communicatur
atura, per quam ego aliquo modo sum
dam, adeòque virtualiter communica-
ır voluntas, per virtualem identitatem
aturæ communis vtrique. Verùm de hoc
ıfra, cum agemus de modo, quo propa-
ır originale.

Dices 3. Ergo saltem potest Deus cō-
ectere filiorum voluntates, cum volun-
ıte patris, vt huius crimina illis impu-
ntur.


Concedo consequentiam de potentia
ɔsoluta, aduersùs Salmaticenses illam
egantes. Et ratio est, quia ita se habent
lij respectu proximorum parentum, si-
ıt omnes homines respectu Adę. Sed
ı ratione originis, potuerunt cum illo
ıoraliter alligari. Ergo & filij cum pro-
imis parentibus, quos potuit Deus con-
ituere caput morale filiorum.

Dices 4. Si valeret hæc ratio, etiam
ia Adæ peccata transfunderentur in po-
eros, qui cùm sint virtualiter Adam, cō-
nciunt cum illo ad omnes eius actiones.
lego sequelam, quia cùm Adam in or-
ne ad alia, non fuerit caput morale,
la fuerunt suppositi, & non naturæ. Cùm
go suppositum non communicetur, ne-
ıe illa communicantur.

Ad 7. Nego consequentiam. Et
ico, ad talem voluntatum translatio-
em, in voluntatem Adæ, fuisse virtua-
liter,

liter, & interprætatiuè consensum omnium posterorum; & ideo non solùm non fuisse iniustam, ratione maleficij, sed potiùs fuisse iustissimam, & prudentissimam, ratione maximi beneficij, ex illa posteris deriuantis. Si enim fingamus, omnes posteros tunc tali pacto fuisse præsentes, vtiquè ad illud consensissent, in quo omnibus proponebatur, eleuatio ad ordinē supernaturalem, & possessio iustitiæ originalis, omnibus transmittendæ, sub ea sola conditione, quòd Adam obediret præcepto facillimo, cum erat remotus ab omni occasione peccandi, & adiutus tot auxilijs, etiam supernaturalibus, illi cum iustitia originali communicatis, per quam ratio subdebatur Deo, inferiores vires rationi, & corpus animæ, vt obseruat D. Thom. q. 4. de malo ar. 1. Deus ergo vt supremus omnium voluntatum arbiter, potuit supplere defectum talis formalis consensus (quem omnes vtique libentissimè præstitissent, si fuissent præsentes) per eorum consensum virtualem, & interprætatiuum, adeòque tamquam ab omnibus approbatam, huiusmodi facere voluntatum alligationem, cum voluntate Adæ, & habere prò approbato, quod non solùm omnes approbassent, sed vt prudenter operarentur, debuissent approbare.

DI-



# DISPVTATIO II.

## De Propagatione peccati originalis.




Isputandum hic esset, an omnes deriuantes ab Adam, contrahant peccatum originale? Sed quia in 1. ar. huius disputationis probauimus, omnes Adæ filios illud contrahere, videndum hic esset, an detur aliqua exceptio ab hac lege vniuersali? De Christo Domino non potest esse quæstio, quia cùm non fuerit conceptus per commistionem seminum viri, & fęminæ, sed virtute Spiritus sancti, superuenientis in Beatissimam Virginem, ideo tota quæstio reducitur ad ipsam Dei Genitricem, de qua quæri primò posset, an contraxerit peccatum originale? Et deinde an saltem habuerit debitum, illud contrahendi? super quibus paraueram hic specialem disputationem, in qua vtramque

que quæſtionem enodare ſufficienter conabar. Quia tamen in earum exactione, ingentes, eæque ſubtiles, & prolixæ occurrunt difficultátes, quæ longiorem requirunt indaginem, ideo illam remitto ad proprium tractatum, quem hac ſuper re, Deo fauente, præſtabo ſuo tempore, ſi per vitam licuerit, à quo prò nunc, iuſtis de cauſis abſtinendum iudicaui.



DI-



# DISPVTATIO III.

## De Causis peccati originalis.



Xaminabimus primò, an primum peccatum actuale Adæ, fuerit causa phyca nostri peccati originalis? Deinde, an etiam fuisset, si seruato præcepto de pomo vetito, ad peccatum patrasset? 3. An si sola a peccasset, transfudisset in posteros ginale peccatum? Vbi an tranfunderer in genitos miraculosè? 4. An pecca- proximorum parentum transfundantr in filios?



## ARTICVLVS I.

### *An primum peccatum actuale Adæ fuerit causa physica nostri peccati originalis?*

VIdetur non fuisse, vt propugnant Vasquez, Curiel, Zumel, & alij dicentes, esse solùm causam moralem. Primò quia peccatum Adæ nunc non existit. Ergo non potest physicè aliquid in nobis efficere, cum non ens nihil possit efficere. 2. Effectus moralis non potest à causa physica deriuare. Sed peccatum originale, cùm nihil sit aliud, quàm priuatio iustitiæ originalis, est aliquid purè morale. Ergo non potest fieri à peccato Adæ, vt causa physica. 3. Quod procedit ab alio, mediante eius libera voluntate, est effectus moralis, & non physicus, qui solùm procedit ex principijs intrinsecis, & essentialibus naturæ operantis. Sed originale procedit ex Adami peccato, mediante eius voluntate, qua voluit spoliare omnes suos posteros iustitia originali. Ergo procedit ab illo, tamquam à causa morali, & non physica. 4. Non potest aliter traduci peccatum, quàm traduceretur iustitia originalis, si Adam non peccasset. Sed ad illam traducendam non fuisset Adam causa physica. Ergo neque ad traductionem origina-

alis. 5. Causa moralis est illa, quæ peratur demeritoriè, mouendo voluntaem alterius. Sed peccatum Adæ mouit Deum, ad auferendam ab illo, & posteis iustitiam originalem. Ergo est causa moralis talis priuationis, in qua consiit formaliter peccatum originale. 6. Peccatum Adæ est solùm causa nostri peccati originalis, ex diuina ordinatioe. Ergo non est causa physica, sed moralis.

Prò resolutione, aduertendum est, dupliciter posse considerari peccatum originale, nempe quatenus habet rationem culpæ, & quatenus habet rationem pœnæ. Hic ergo agemus de illo, vt est culpa, & in alio articulo, vt est pęna.

Concl. *Peccatum originale, quatenus est culpa, prouenit à peccato Adæ, tamquam causa principali physica efficiente, & non morali.* Est in terminis Salmat. disp. 14. dub. 2. n. 61. D. Bonau. in 2. d. 31. ar. 1. q. 1. Aluareæ de auxilijs lib. 6. disp 44. n. 18. & aliorum, cum D. Tho. 1. 2. q. 83. ar. 1. in corp.

Probatur 1. Quidquid existit in rerũ natura, quod priùs non erat, debet habere suam causam principalem, à qua fuerit. Ergo etiam peccatum originale. Sed talis causa non potest esse puer, in quo fit, neque proximi parentes, vt omnes fatentur. Ergo solùm est Adæ peccatum, vt docet Aug. lib. 2. de nupt. & concup. cap. 26. dicens, *voluntarium pec-*

*catum primi hominis, est causa peccati originalis*. Quod autem hæc sit causa physica, & non moralis, probatur, quia causa moralis non causat, nisi mouendo alterius voluntatem; peccatum verò Adam per suam vim intrinsecam, præbet concursum, & influxum sufficientem in posterorum originale. Ergo est causa physica illius, & non moralis.

2. Omne voluntarium est ab aliqua voluntate, tamquam à causa efficiente physica principali, vt patet ex eius definitione. Sed originale est posteris Adæ voluntarium, saltem terminatiuè, vt dictum est disp. 1. ar. 5. Ergo est à voluntate Adę, tamquam à causa physica, operante per suum actum prauum, veluti per voluntarium formale, cùm alia voluntas nobis intrinseca assignari non possit.

Dices, hoc originale est aliquod priuatiuum, connotans peccatum Adæ, vnde nobis resultat. Ergo ad illud sufficit influxus moralis. Nego consequentiam, quia cùm tale peccatum non gignat in nobis culpam originalem, mouendo alterius voluntatem, à qua *physicè* fiat, per se ipsum illam efficit, quod sufficit ad rationem causæ physicæ. Qnod autem etiam priuationes habeant suam causam physicam efficientem, saltem indirectam, patet ex eo, quia priuatio caloris fit à producente frigus, & priuatio lucis fit à ponente obijcem irradiationi solari, &c.

de

e quo infra. Peccatum ergo Adæ non
st purum connotatum extrinsecum, si-
ut est respectu pęnitentiæ ipsius, sed est
era causa physica, quia verè influit, eo
odo, quo potest influi in priuationes.
Vrgebis, peccatum Adæ non fuit no-
is physicè voluntarium, sed solum mo-
aliter, quia non fuit à voluntate nobis
hysicè inhærente, sed solùm moraliter,
uatenus videlicèt reputata est nostra,
x vi pacti diuini. Ergo non influit in
ostram culpam, nisi moraliter. Nego
onsequentiam. Hoc enim nostrum vo-
untarium morale, physicè procedit à
oluntate Adæ, tamquam capitis, respe-
u cuius est voluntarium physicum, &
on morale, quia est verus actus ipsius,
utatus noster.

3. Ita se habet peccatum actuale capi-
s moralis, ad orginale membrorum,
cut in ipsis membris actuale ad habi-
uale. Sed in nobis peccatum actuale
hysicè causat habituale, per physicam
xpulsionem gratię. Ergo etiã illud phy-
cè causat in nobis peccatum originale,
er physicam expulsionem iustitiæ ori-
inalis, sicut & in ipso Adamo, tam-
uam in capite, causauit eius originale
ersonale.

4. Sicut in naturalibus perfectio, seu
efectus principij proximi physicè com-
municantur effectui (nam oculus prauus
ommunicat prauitatem visioni, & crus
laudum facit claudicationem) ita se-
 men

men Adæ vitiatum peccato, communicat physicè proli tale vitium, nempe priuationem iustitiæ originalis, ex contracto defectu illius virtutis supernaturalis, per quam posset iustitiam communicare.

Ad 1. Distinguo antecedens, peccatum Adæ non existit moraliter in diuina abominatione, quoadusque à nobis per baptismum retractetur, nego: non existit physicè, & subdistinguo, non existit formaliter, concedo: non existit virtualiter in semine infecto, & priuato virtute illa supernaturali, communicandi iustitiam originalem, nego antecedens, & cum illo consequentiam. Siquidem hæc existentia virtualis actualis sufficit, ad hoc vt possit in nobis physicè causare peccatum originale. Quod si quæras vbi illud existat, antequàm formetur semen? Dico, existere in ipsa carnis infectione, & concupiscentia habituali parentum proximorum.

Ad 2. Nego maiorem. Nam sicut gratia, & gloria, quæ sunt aliquid physicum, possunt à meritis moraliter causari, & pœna à demeritis; ita aliquid morale potest ab alio physicè causari, vt defacto malitia peccati actualis, quæ est aliquid morale, physicè causatur à voluntate peccantis. Præterquamquod nō ita facilè concesserim, priuationem iustitiæ originalis esse aliquid purè morale. Cùm enim excludat iustitiam, quæ erat forma aliqua physica positiua, licèt su-

upernaturalis, vtique eius priuatio de-
et esse physica, & non moralis.

Ad 3. Nego maiorem, alioquin neq; peccatum actuale physicè à nobis causaretur, quod est contra omnes.

Ad 4. Nego minorem, cum ipsis Salnat. disp. 14 lib. 3. n. 119. dicentibus, *Etiã ustitia originalis traduceretur aliquo modo fficienter physicè, per seminalem propagaionem, descendentem ab Adam.*

Ad 5. Distinguo minorem, peccatum Adæ mouit Deum, ad auferendam iustiiam originalem, quatenus hæc ablatio licit rationem culpæ, & voluntarij respectu nostri, nego: quatenus dicit raionem pęnæ, & negationem diuini conursus, ad traducendam iustitiam, concedo. Et distinguo consequens, peccaum Adæ est causa moralis nostri peccai originalis, vt est nostra culpa, nego: t est pęna nostræ culpæ in Adamo paratæ, concedo consequentiam, vt meliùs atebit ar. sequenti

Ad 6. ( quod tanti fit à Gibbone, vt lo solo conuictus, abierit in aduersam pinionem. ) Nego antecedens. Quamis enim ex diuina ordinatione factum t, vt omnes haberemus volũtatem alliatam in Adam, non tamen ex illa habuimus, vt peccaremus in Adam. Quia go à sola voluntate Adæ, per quam pse peccauit, habuimus vt posita alliatione nostrarum voluntatum in ipsò, eccaremus in ipso, adsummum diuina

ordinatio fuit causa remota, & per accidens propagationis peccati originalis, quæ vnam agnoscit causam physicam, proximam, nempe Adæ peccatum, quod si non fuisset, non obstante qualibet ordinatione diuina, vt eius primum peccatum transfunderetur in posteros, hæc transfusio sequi non potuisset, sicut non est secuta tranfusio iustitiæ originalis, quia Adam sibi illam non conseruauit.

## ARTICVLVS II.

### *An peccatum origimale, vt est pena peccati Adæ, sit eius effectus moralis?*

VIdetur 1. non esse, quia meritum, & demeritum versantur circa idem obiectũ. Ergo sicut Adam per obseruantiam diuinæ legis, non meruisset nobis iustitiam originalem, in statu innocentiæ, ita neque nobis demeruit eius priuationem, in statu naturæ lapsæ, per eius inobseruantiam actualem. Ergo non est causa demeritoria pœnalitatum; vel si concedatur esse, videtur concedendum, quòd fuisset etiam causa meritoria nostræ iustitiæ originalis.

2. Ita nostra iustitia depẽdebat ab obseruantia Adæ, sicut nostrum originale ab eius inobseruantia. Sed eius inobseruan-

antia fuit caufa demeritoria noftri ori-
inalis, quantum ad pęnalitatem. Ergo
ius obferuantia fuiffet caufa meritoria
oftræ iuftitiæ originalis. Quod fi ne-
etur, neque eius inobferuantia fuit cau-
a moralis noftri peccati originalis, vt
ft eius pęna.

3. Inobferuantia fuit noftra, etiam vt
emeritoria. Ergo etiam debuiffet effe
ioftra obferuantia legis, vt meritoria;
lioquin alligatio noftrarum volutatum
um voluntate Adæ, fuiffet nobis iniu-
iofa, quia per illam potuiffemus deme-
eri, non tamen mereri, quod videtur
bfurdum. Vel ergo, quia demeruimus,
otuiffemus mereri per actū oppofitum,
el quia non potuiffemus mereri per ob-
eruantiam, neque demeruimus per in-
bferuantiam Adæ.

Concl. *Peccatum noftrum originale, uatenus eſt pæna peccati Adę, eſt quidem ius effectus, non tamen phyficus, fed mora-is*. Ita D. Tho. 3. p. q. 19 ar. 4 Scotus in .d 32. ar. 2. q. 1. Durand. Suar. Vafq. Al-uarez, Salm. &c.

Probatur 1. Sicut præmium non da-
ur, nifi propter meritum, ita pęna non
nfligitur, nifi propter demeritum. Sed
pueri decedentes abfque baptifmo, pu-
iiuntur pęna damni, quæ eft veriffima
pęna. Ergo cum in illis non detur de-
meritum perfonale, debent puniri, prop-
ter demeritum originale, videlicèt prop-
ter peccatnm Adæ, quod fuit illis inter-

pretatiuè voluntarium. Sed hoc non habet rationem causæ physicæ, respectu pęnalitatum, quæ illi correspondent, quia in illas non influit physicè, sed moraliter. Ergo habet rationem causæ moralis tantùm, nempe demeritoriæ.

Dices, ergo pueri non puniuntur, propter actuale peccatum Adæ, sed propter peccatum habituale originale, quod habent in se; adeòque hoc, & non illud est causa demeritoria pęnalitatum. Nego consequentiam. Sicut enim per habitum non possumus mereri, ita nec demereri. Pęna ergo debet correspondere peccato actuali Adæ, non autem nostro habituali originali, quod habet rationem puri termini, respectu demeriti, seu causæ demeritoriæ talium pęnalitatum, moraliter permanentis in diuina abominatione.

2. Non potuisset Adam, vt nostrũ caput morale, nobis peccare, nisi etiam nobis demeruisset. Ergo sicut fuit causa moralis, nempe demeritoria sui peccati originalis, ita fuit, & nostri. Sed suum originale induxit in illum, non solùm priuationem iustitiæ originalis, sed etiã passionum rebellionem à ratione, & passibilitatem, mortalitatem &c. Ergo etiam in nobis.

Ad 1. Nego consequentiã Sicut enim possumus nobis demereri primam gratiam, quam tamen mereri non possumus; ita potuit Adam nobis demereri iusti-

tiam

iam originalem, quam nobis mereri non potuisset.

Ad 2. Nego maiorem. Nam nostra iustitia originalis, dependebat ab obseruantia Adæ, tamquàm à conditione remouente prohibens, seu formam incompossibilem, videlicèt peccatum inobseruantiæ; nostrum autem originale pendebat ab eius inobseruantia, tamquam à causa illud efficiente, per remotionem iustitiæ originalis. Ergo non pendebat eodem modo.

Dices, Omnis actus virtutis est meritorius, sicut omne peccatum est demeritorium. Sed obseruantia, vt erat actus virtutis, fuisset etiam nostra, sicut fuit inobseruantia, quatenus fuisset primi capitis moralis. Ergo per illam meruissemus nobis iustitiam originalem.

Nego minorem. Et dico, Adamum fuisse solùm constitutum caput morale, in ordine ad traducendam physicè iustitiam originalem, non peccando, vel ad traducendam eius priuationem, si peccaret. Illa ergo obseruantia diuinæ legis, non fuisset ipsius, vt primi capitis moralis, nisi inquātum erat vitatio, seu prohibens peccatum, non autem quatenus erat actus virtutis, bonus, & meritorius, quia quoad hoc erat actus personæ, & nō naturæ. Ergo, quia secundùm moralitatem, non fuisset noster actus, non potuissemus per illum nobis mereri iustitiam originalem, vt meliùs infra patebit.

Dices, Potuit Adam sibi mereri iustitiæ conseruationem, qua posita, statim nos habuissemus ius ad iustitiam originalem, posito pacto, sub conditione eius innocentiæ. Ergo potuit Adam nobis mereri iustitiam originalem.

Distinguo antecedens, potuit mereri de congruo, concedo: de condigno, nego antecedens, & sub eadem distinctione, etiam consequentiam. Cùm enim plures sancti meruerint alijs dona supernaturalia, vt alibi probauimus, cur, & Adã nobis non potuerit mereri iustitiam? Quod autem Adam nõ potuerit hoc mereri de condigno, probatur, quia donum perseuerantiæ non cadit sub meritum, saltem quoad actum primum, vt probauimus in tr. de prædest., aliter non esset donum Dei, quod gratis datur. Ergo neq; perseuerantia in iustitia originali, quæ traheret finalem perseuerantiam, licèt posset remouere prohibens, vt dictum est.

Ad 3. Nego consequentiam. Tunc enim fuisset nobis iniuriosa hæc alligatio, quando inobseruantia induceret priuationem iustitiæ, & obseruantia non induceret iustitiam, eò quia sicut negatio est causa negationis, ita affimatio debet esse causa affirmationis. Cùm ergo Deus ita alligauerit nostras voluntates cum Adam, vt illo peccante, daret nobis iustitiam originalem, quam non daret illo peccante, licèt non datio esset solùm in

n pœnam peccati, & datio non esset in præmium innocentiæ, sed ex mera liberalitate ipsius Dei, hæc alligatio non fuit nobis iniuriosa. Et ratio est, quia licèt obseruantia Adæ non fuisset nobis meritoria, non proinde illa posita, priuaremur aliquo bono, quod si esset meritoria, habere possemus, quia adhuc per illam consequeremur iustitiam originalem.

Dices, nulla est ratio, cur obseruantia diuini præcepti, non fuisset Adæ, vt primi capitis moralis, etiam secundùm moralitatem, fuerit autem inobseruantia. Ergo vel vtraque, vel neutra.

Nego antecedens. Et dico, in pacto seu quasi pacto diuino cum Adam, non fuisse consideratum explicitè, & formaliter, nisi iustitiam originalem, traducendam sub conditione innocentiæ, vel remouendam sub conditione peccati, nulla facta mentione, quòd innocentia conseruaretur, per actum meritorium positiuũ, vel per puram negationem, seu per actũ non meritorium. Ergo esse meritorium in tali innocentia, se haberet in tali innocẽtia, vt aliquid purè materiale, quod nullo modo ingrederetur purificationem conditionis, sub qua erat per traducem iustitia propaganda. Exemplum sumitur ex principe terreno, qui donans castrum alicui subdito, sub conditione, quòd non rebellet, nihil aliud ab illo quærit, vt eius dominium transferatur in posteros, nisi

nisi negationem rebellionis, siue hæc fiat per actum meritorium, siue per puram omissionem, quæ proinde materialiter se habent, ad talis castri manutentionem in tali viro, & translationem in posteros. Moralitas autem peccati, non potuit se habere purè materialiter, quia cùm sit forma incompossibilis cum innocentia, sub qua solùm traduceretur iustitia, habet suapte natura virtutem nociuam, per quam demereatur tale donum. Ergo diuersimode se habent.

Quæres, an Adam, seruato præcepto de pomo vetito, si aliud peccatū patrasset, traduxisset illud in posteros? D. Bonau Aegid. Columna, Curiel. Zumel. Gonettus, Durand. & alij respondent affirmatiuè, putantes, quodcumq; primum Adę peccatum transfundendum in posteros. Ego tamen respondeo negatiuè cum Suar. Amico, Salmerone, Lorca, Gibbone, & alijs. Et ratio est, quia transfusio peccati non poterat fieri, nisi à primo capite morali. Atqui Adam non erat primum caput morale, nisi in ordine ad seruandum, vel violandum prę-ceptum de esu pomi vetiti. Ergo eius tātum inobedientiam poterat in alios trāsfundere. Probatur minor, institutio Adæ in caput morale, fuit facta à Deo. Sed in sacris litteris non apparet, fuisse factam, nisi in ordine ad pomum vetitum, vt habetur Genes. 2. *In quacumque die comederis ex eo, morte morieris*, juxta

vna-

nanimem expositionem patrum. Ergo on fuit facta, nisi in ordine ad hoc peccatum. Et hæc est ratio, cur licèt commiserit, ante esum pomi vetiti, alia peccata, vt docent D. Tho. 2. 2. qu. 163. uarius lib. 4. de opere sex dierum, & cotus in 2. d. 2. penès Gibbonem disp. 4. dub 3. non tamen fuit punitus, nisi ropter esum pomi, vt habetur Genes. 3 Vnde infertur, quòd si Adam genuisset ilios, ante hoc peccatum, illi non conraxissent originale, sicut nec filij ex illis nasciturí, post eius peccatum, quia ion fuissent in eius lumbis, quando peccauit.

Quæres 2. Quod sit subiectum peccai originalis? Respondeo, subiectum renotum esse omnes homines, per viam eminariam descendentes ab Adam, excepta sola Deipara, & subiectum proximum esse substantiam animæ, vt docet D. Tho. 2. 2. q. 110. ar. 4. Quomodo autem id fiat, patebit infra.

Quæres 3. An alia peccata Adæ commissa post esum pomi, transfundantur in posteros? Respondeo negatiuè, eò quia in ordine ad hæc non habuit dignitatem primi capitis moralis. Sicut ergo non transmisit virtutes morales, quæ illi conueniebant personaliter, ita neque peccata personalia.

AR-

## ARTICVLVS III.

### *An si sola Eua peccasset, transfunderetur in posteros originale? Vbi de genitis miraculosè.*

VIdetur transfundendum, Primò quia dicitur Ecclesiastici 25. *A muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur*. Sed hoc assimilatur illi, quod ait Apost. ad Rom. 5. *Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit*. Ergo sicut solo Adam peccante, fuisset originale, ita & sola Eua peccante. 2. Præceptum de non comedendo pomo, factum est vtrique. Ergo vterque cōstitutus est caput morale posterorum. 3. Sola Eua peccante, venisset mors in mundum, docente Apostolo ad Rom. 6. *Stipendium peccati mors*. Ergo & originale, ratione cuius fuit mors comminata. 4. Ideo filij contrahunt originale, quia præfuerunt in Adam peccatore. Sed in tali casu præfuissent in Eua peccatrice. Ergo par ratio. 5. Mater suppeditat materiā in filiorum procreatione, immo ad illam concurrit actiuè, vt docuimus in 1. de gener. disp. 3. ar. 10. Sed posito Euæ peccato, non posset ab illa suppeditari, nisi materia infecta, & passibilis. Ergo filij nascerentur infecti, passibiles, & mortales, qui sunt effectus peccati originalis.

Con-

**Concl.** *Eua sola peccante, filij non con- iberent peccatum originale.* Ita D.Tho. ı.q.81. ar.5. & est ferè communis.

Probatur, Eua non fuit constituta c- put morale filiorũ. Ergo non potuisset aducere suũ peccatum in filios. Conse- ıentia est euidens ex dictis. Antecedēs ·obatur primò, quia vir est caput mu- eris, vt dicitur ab Apost. Ergo si ex se ɔn habet caput morale, non potest esse liorum. Deinde non decuit constitui ıo capita moralia. Ergo cùm dignior ıerit Adam, ipse solus fuit. 3. Fęmina on est primus motor in generatione fi- ·orum, cùm debeat ipsa à viro moue- i, vt diximus loc. supra cit. Ergo non ecuit constitui eorum caput, quod di- it primum mouens in generatione. 4. ua priùs peccauit, quàm Adam. Ergo illa sola peccante, contraheretur origi- ale, dicendum esset, omnes in Eua pec- asse, & non in Adam, quod contradi- it Apostolo ad Rom. 5. *Per unum ho- ominem peccatum intrauit in mundum, in uo omnes peccauerunt*, denotando virum, x non fęminam. 5. Peccatum Adæ no- ɔis non nocuisset, sed tantum sibi, cò juia per peccatum Euæ amisissemus iu- titiam originalem, quod est hæreticum, lefiniente Triden. sess. 5. can. 2. *Siquis soli Adæ prauaricationem suam, & non alijs as- serit nocuisse &c. anathema sit.* Ergo so- lus Adam fuit caput morale omnium.

Ad 1. Nego minorem. Siquidem di- ctum

ctum Ecclesiastici debet exponi de initio secundum tempus, quatenus Eua prius tempore peccauit, non autem secundum causalitatem, quatenus Euę peccatum fuerit causa transfusiua illius in posteros. Dictum verò Apostoli debet exponi de causa transfusiua peccati Adæ, vt primi capitis moralis in posteros. Ergo non assimilantur. Neque obstat, quòd in primo dicatur, nos omnes mori peccato mulieris; nam debet exponi, non secundùm physicum influxum, quem præstet in talem mortem, sed solùm secundùm occasionem, quam præbuit Adæ, illum suadendo exemplo, & verbis ad esum vetiti pomi, vnde omnes morimur. Quare Eua peccauit vt singularis persona, Adam verò vt caput physicum, & morale totius naturæ humanæ.

Ad 2. Nego consequentiam, ex diuersitate modi, quo præceptum respexit vtrumque, cùm Euam respexerit vt singulare indiuiduum, & Adam vt caput naturæ. Sicut ergo si vterq; fuisset obediens Deo, solus Adam transfudisset iustitiam originalem, ita cùm vterque peccauit, solus Adam transfudit peccatum. Immo si solus Adam peccasset, non tamen Eua innocens transfudisset iustitiam originalem, quam sibi soli conseruasset.

Ad 3. Distinguo antecedens, venisset mors prò Eua, transeat, prò eius filijs, nego. Siquidem potuisset Deus in tali casu sanctificare animas filiorum, & donare

co-

'um corporibus iustitiam originalem,
de haberetur eorum immortalitas, per
nsfusionẽ vtriusque ex Adam innocẽ-
. Neque obstat quòd vtrique fuerit
ors comminata; siquidem vni fuit com-
inata vt singulari personæ, & alteri vt
piti morali.

Ad 4. Dico, non ideo solùm filios cõ-
ihere peccatum originale, quia vtcum-
ie præfuerunt in Adam, sed quia præ-
erunt tãquam in principio actiuo prin-
pali, quod non verificatur de Eua.

Ad 5. Nego consequentiam. Quam-
s enim Eua in tali casu, suppeditaret
ateriam per se infectam, tamen per ad-
istionem seminis virilis purgaretur,
leo vt in actu infusionis animæ rationa-
s, fętus quoad animam reciperet gra-
am, & quoad corpus iustitiam origina-
m, præualente innocentia Adæ, supra
alitiam vxoris, in ordine ad prolem.
t ratio est, quia immortalitas, & im-
assibilitas primi status, non erant ex cõ-
tione materię ( vt docet hic D. Tho. )
d ex iustitia originali. Cùm ergo hæc
on fuisset amissa, propter solũ Euæ pec-
itum, non potuissent deriuare ex illo
ortalitas, & passibilitas, nisi forte in
osam Euam peccatricẽ, cum filij essent à
itre accepturi iustitiam originalem, vt
ictum est.

Quæres 1. An si aliquis generaretur
iraculosè, absque semine decidente
lumbis filij Adæ, contraheret peccũ
ori-

originale? Respondeo negatiuè, cùm D. Tho. hic q.81. ar.4. Et ratio est, quia cùm Adam non concurreret actiuè ad generationem talis hominis, non haberet respectu illius, rationem capitis moralis, & ideo non transfunderet in illum peccatum originale, vt probaui de Christo D. in tr. de *Incarnatione.*

Quæres 2. An si aliquis generetur humano semine, non tamen per coitum, sed per artem Dęmonis immittentis illud in vuluam fęminæ, contrahat originale? Respondeo affirmatiuè cum Salm. q.81. ar.4. Et ratio est, quia talis generatio esset solùm miraculosa quoad modum, videlicèt quoad applicationem talis seminis, non tamen quoad substantiã, quia tale semen in se esset ab Adam, qui proinde per illud actiuè coucurreret via seminaria, ad generationem talis hominis. Ergo transfunderet in illum peccatum originale.

Quæres 3. An si fęmina conciperet virtute alicuius bestiæ, eius filius contraheret originale? Resp. quòd in tali casu (qui tamen physicè repugnat, vt probaui in 2. de an.disp.1. ar.6. concl.3.) cùm talis filius non esset filius Adæ, non contraheret peccatum originale. Et ideo etiam ex isto capite, loco nuper citato, non admitto physicam possibilitatem casus.

Quæres 4. An si Deus miraculosè auferat ab aliquo concupiscentiam habitua-

tualē restituendo iustitiam originalem, eius filij contraherent peccatum originale? Resp. negatiuè cum D. Thom. in 2. d. 31. qu.1.ar.2. ad 5. Et ratio est, quia priuatio iustitiæ originalis, non est compossibilis cum ipsa iustitia. Sed hic homo communicaret filio iustitiam originalem, posito quod esset constitutus caput morale posterorum.; aliter in illo sisteret hæc iustitia, vt aduertunt hic Salmant. Ergo non posset illis communicare eius priuationem, in qua consistit quidditas peccati originalis. Quòd si supponamus, auferri ab illo solam concupiscentiam actualem, eius filius nasceretur cum originali. Et ratio est, quia materiale peccati originalis, non est concupiscentia actualis, sed habitualis. Ergo quamuis illa fuerit ablata, tamen potest hæc remanere in posteros transfundenda; adeoque cum hæc sit effectus priuationis iustitiæ originalis, præsupponit in patre peccatum originale, cum ea in filium transfundendum.



AR-

# ARTICVLVS IV.

## *An peccata proximorum parentum transfundantur in filios?*

VIdentur transfundi, Primò quia quod est proprium causæ proximæ & est ab ipsa, est magis in posteros traducibile, quàm illud, quod est ab alio in illa, & ideò magis calefacit ignis, quàm aqua calefacta. Sed originale est in proximis parentibus ab Adam, & actuale à se ipsis Ergo si possunt illud traducere, multò magis poterunt hoc.

2. Dicitur Exodi 20 *Ego sum Deus zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam, & quartam generationem.* Sed nisi traducerentur, non possent à Deo in filijs visitari. Ergo traducuntur. Et ideo videmus in humanis, puniri filios, propter scelera patrum.

3. Non minùs filij præexistunt in proximis parentibus, quàm in Adam. Sed propter præexistentiam in Adam, contrahunt eius peccatum. Ergo etiam propter præexistentiam in proximis parentibus, contrahunt eorum peccata actualia.

Concl. *Peccata proximorum parentum non transfunduntur in posteros.* Est communis, cum D. Tho 1.2.q 81. ar.2.

Probatur, quia non traducitur in filios, nisi quod spectat ad constitutionem,

vel

vel perfectionem naturæ, seu speciei, & è conuerso. Sed peccata actualia non spectant ad naturam specificam hominis, sed ad eius indiuiduationem. Ergo non traducuntur. Contra verò quia peccatũ originale, cùm sit priuatio iustitiæ originalis, eodem modo se habet ad hominem, sicut se habuisset iustitia originalis, cùm hæc vt afficiens totam speciem, fuisset traducta, etiam eius priuatio traducitur, quia totam inficit speciem. Et hæc est ratio, cur esse musicum, pictorem, &c. non traducatur in filios, quia videlicèt est aliquid purè personale, proprio labore partum. Ergo non spectat ad naturam specificam, sicut spectauit obseruantia, vel inobseruantia Adæ, vt primi capitis moralis.

Ad 1. Nego maiorem. Et ratio est, quia quod est proprium causæ proximæ, spectat ad eius indiuiduum, & ideo non est traducibile. Ad eius probationem, nego paritatem; nam calor non spectat ad ignem, secundùm indiuiduum, sed secundùm speciem, & naturam, quod nõ conuenit peccatis actualibus proximorum parentum, quibus peccantibus, non peccat natura humana.


Ad 2. Nego minorem. Et dico cum D. Tho. hic ad 1. filios non puniri, propter peccata parentum, nisi hæc participãtur ab ipsis, vel per originem, vel per imitationem; & in hoc sensu debet exponi locus allatus. Ad paritatem de iudicio


dicio humano, Dico, intantum filios puniri pęna priuatiua, propter delicta parentum, nempe exilio, spoliatione bonorum &c. inquantum hi fuerunt constituti capita moralia illorum, in ordine ad possessionem, & manutentionem talium bonorum; siquidem fuerunt illis collata hæc bona, & omnibus eorum posteris, sub conditione quòd non delinquerent. Non purificata autem conditione, & sibi, & posteris illa amittunt, quia censentur omnes consentire tali delicto, posito quod omnium voluntates fuerint alligatæ, cum patrum voluntate quoad hoc.

Ad 3. Nego maiorem, quia in Adam filij præexistunt, non solùm vt in primo capite physico, sed etiam vt in primo capite morali. In proximis autem parentibus non præexistunt, nisi vt in capite physico, & ideo non censentur alligasse cum illis suas voluntates. Ergo non est par ratio. Quod si dicas, si filij solùm physicè præexisterent in proximis parentibus, non possent ab illis contrahere originale, eò quia contraherēt solùm quæ spectant ad physicum, & non ad morale. Distinguo antecedens, non possent ab illis contrahere originale, tamquam à causa principali, concedo: tamquam à causa instrumentali, nego antecedens, & consequentiam. Causa ergo principalis huius traductionis est solus Adam, qui media generatione per proximos paren-

ren-

rentes, traducit in posteros originale. Sicut ergo ignis potest calefacere, mediante calore à se producto, existente subiectiuè in aqua, ita & Adam potest inficere naturam posterorum, mediante infectione à se inducta, existente subiectiuè in semine proximorum parentum, tamquàm eius causa materiali instrumentali.





# DISPVTATIO IV.

## De Modo propagationis illius.



Idimus, peccatum actuale Adami esse causam efficientem principalem nostri peccati originalis (eo modo quo priuationes causari solent,) physicam in ordine ad culpam, & moralem in ordine ad eius pœnalitatem. Videndum nunc superest an, & quomodo vtrumque per semen præstet.



AR-

## ARTICVLVS I.

### *An semen Adæ attingat, vt causa peccatum originale?*

VIdetur quòd non, Primò quia per hoc quòd semen Adæ post eius peccatum, amiserit illam virtutem supernaturalem, per quam poterat communicare iustitiam originalem, non sequitur, nisi quòd non habeat talem virtutem. Ergo cùm non acquisierit oppositam virtutem, non sequitur quòd possit propagare originale, eò quia amissio vnius, non sit acquisitio alterius.

2. Semen est aliquod purè materiale. Ergo cùm peccatum originale sit macula spiritualis, non potest vllo modo fieri à semine.

3. Nullum extrinsecum potest agere in substantiam spiritualem, nisi per illapsũ. Sed hic est proprius solius Dei Ergo cùm semen Adæ sit extrinsecum animabus posterorum, non potest per illud effici in anima peccatum originale.

4. Si semen Adæ esset causa originalis in posteris, etiam hoc conueniret semini proximorum parentum. Hoc autẽ non potest asseri; aliter per illud transfunderentur etiam eorum peccata, quod supra reiecimus. Ergo nullo modo est causa transfusionis peccati originalis.

Concl. *Quamuis Adæ semen attingat originale, in genere causa instrumentalis, nõ tamen illud attingit vera causalitate physica, sed solùm indirectè, & per resultantiam.*

Probatur prima pars (quam expressè tenent D. Tho. q. 4. de pec. orig. ar. 1. Salmat. disp. 14. dub. 3. n 69. & communiter alij) quia intantum Adam per generationem propagat in posteros originale, inquantum amisit in suo semine virtutem illam supernaturalem, per quam propagaret iustitiam originalem. Ergo sicut per semen, tamquam per instrumentum, propagasset talem virtutem, ita per idem, tamquam per instrumentũ, propagat originale. Probatur antecedens, quia Adam vt primum caput physicum, & morale, habuit à Deo iustitiam originalem, posteris communicandam, sub conditione conseruationis innocentiæ. Non potuisset autem illam communicare, nisi per semen, per quod communicaret naturam humanam. Ergo semen attigisset illius iustitiæ propagationem, per modum causæ instrumentalis Et ideo ait D. Thom. ibidem *Sicut anima diuinitùs infusa, pertinet ad naturam humanam, ab Adam deriuatam, propter carnem, cui coniungitur; ita & defectus prædictus pertinet ad animam, propter carnem, quæ ab Adam propagatur, non solùm secundam corpulentam substantiam, sed etiam secundùm rationem seminalem, idest non solùm materialiter, sed sicut*

*cut ab actiuo principio ; sic enim filius accipit à patre naturam humanam.* Probatur consequentia, quia Adam vt causa principalis, non potuit, nisi medio semine, tamquam instrumento, alterutrum propagare.

Probatur secunda ( quam propugnant ijdem Salm. ibid. n. 79. ) quia non fit per semen, causando aliquid in anima, sed potiùs auferendo aliquid ab ea, nempe iustitiam originalem, non quidem spoliando illa iam habita in se, sed post existentiam habitam in capite, cùm illam deberet ponere in anima, loco illius ponit eius priuationem, eò quia ipsum semen, per quod corpori vnitur sit infectũ, destitutione illius virtutis supernaturalis, per quam propagaret iustitiã originalem. Semen ergo nulla alia ratione propagat peccatum, quam taliter disponendo materiam, informandam ab anima, vt in ipso primo actu informationis illius, resultet in anima priuatio iustitiæ originalis, vt meliùs infra patebit.

Dices, Hæc praua dispositio, quæ inducitur in materiam per semen, per cuius contactum resultat in anima peccatũ originale, vel est aliquid positiuum, vel priuatiuum? Non primum, quia in puero nihil est positiuum, physicè expellens gratiam, & iustitiam originalem. Neq; secundùm, quia de eius inductiuo rediret argumentum, cùm priuatio non inducatur, nisi per formæ positiuæ expul-

sionem factam per aliquid cùm illa incompossibile. Ergo non potest explicari propagatio originalis, per talem prauam materiæ dispositionem.

Resp. talem prauam dispositionem formaliter sumptã, nihil esse aliud quàm priuationem illius perfectionis positiuæ, quæ resultaret ex iustitia originali, per quam caro perfectè subderetur animæ quantum ad esse, & potentiæ sensitiuæ subderentur animæ, quantum ad operari. Si verò sumatur materialiter, nihil est aliud, quàm ipsum humanum corpus, suapte natura inclinans ad corruptionẽ, & ad rebellandum ab anima, ratione compositionis intrinsecæ ex contrarijs. Posito enim vtroque hoc, resultat in anima priuatio iustitiæ originalis, sicut resultaret ipsa iustitia originalis, ex opposita corporis dispositione.

Vrgebis, *perfectio illa*, per quam corpus *subdebatur rationi*, & ratio Deo, erat *effectus* iustitiæ originalis. Ergo ex eius priuatione non potest in anima resultare priuatio talis iustitiæ, cùm potiùs ex huius priuatione, deberet sequi eius priuatio, vt effectus ex causa.

Aliqui cum Salm. dicunt, illam perfectionem non esse effectum iustitiæ originalis, sed dispositionem ad illam, quam iustitia originalis præexigit. Sed hoc sustineri non potest. Siquidem redderetur inutilis ipsa iustitia, si antecedenter ad illam, daretur perfecta subiectio corpo-

ris

ris animæ, & huius Deo, ad quam solam admittitur iustitia originalis. Resp. igitur, huiusmodi perfectionem futuram fuisse dispositionem iustitiæ originalis, quatenus afficiebat naturam humanam, & esse eiusdem effectum, quatenus afficiebat naturam atomam, seu indiuiduam. Sicut enim peccatum originale naturæ, est veluti dispositio ad originale suppositi, quod illud non contraheret, nisi fieret ex natura illo infecta, ita perfectio iustitię originalis totius naturæ, præcedit, vt dispositio ad perfectionem suppositi, quod illam non acquireret, nisi fieret ex natura taliter perfecta. Vnde sequitur, quòd illius priuatio, vt afficiens naturam, est dispositio, ex qua resultat priuatio iustitiæ, afficiens suppositum, & vt talis, est eius peccatum originale.

Ad 1. Nego antecedens. Quāuis enim per defectum talis virtutis, non acquisierit semen Adæ, vllam virtutem positiuā de nouo, quæ terminetur ad oppositum, tamen acquisiuit aliquam quasi virtutem priuatiuam, per quam potest propagare talis iustitiæ priuationem. Sicut enim affirmatio est causa affirmationis, ita priuatio est causa priuationis. Sicut ergo perfectio positiua seminis, erat causa perfectionis positiuæ in effectu, ita eius defectus, est causa defectus, seu imperfectionis in effectu. Atque adeo per tale semen imperfectum, potest indirectè, &

per resultantiam propagari peccatum originale.

Ad 2. Nego consequentiam. Quamuis enim originale non sit formaliter in semine, tamquam in subiecto, tamen est in illo virtualiter, vt in causa, non quidem principali, sed instrumentali, eo modo, quo in illo continetur natura humana, & in statu innocentiæ contineretur iustitia originalis, vt docet D. Tho. 1.2.q.81.ar.1.ad 3. inquiens, *Etsi culpa non sit actu in semine, est tamen ibi virtute humana natura, quam concomitatur talis culpa.* Et ad hoc probandum, in 2.d.30 q.1. ar.2.ad 4. vtitur exemplo leprosi generantis filium leprosum, *Quamuis enim* (inquit) *in ipso semine non sit lepra in actu, est tamen in semine virtus aliqua deficiens, per cuius defectum contingit defectus lepra in prole. Similiter ex hoc ipso quòd in semine est talis dispositio, qua priuatur illa impassibilitate, & ordinabilitate ad animam, quam in primo statu corpus humanum habebat, sequitur quòd in prole, qua est susceptiua originalis peccati, efficiatur in actu peccatum originale.*

Dices, si peccatum esset virtualiter in semine, faceret illud peccaminosum, sicut ignis dicitur calidus, quia habet virtualiter calorem. Consequens est falsū, cùm denominatio peccaminosi, non possit cadere supra subiectum irrationale. Ergo & antecedens.

Ne-

Nego sequelam maioris, propter rationem adductam in argumento, quòd videlicèt denominatio peccaminosi, non possit cadere, nisi supra subiectum capax culpæ, & pęnæ. Et ideo D. Tho. in 2.d. 31.q.1.ar.1. ad 4. docet, *Quia per peccatum primi hominis, infectio subsecuta est in tota natura humana, ideo vbi inuenit subiectum susceptiuum culpæ, habet rationem culpæ in actu, sicut in puero iam nato; vbi verò hoc non inuenit, sicut in semine, manet in tali infectione virtus culpę, vt sic causa culpæ esse possit*. Vnde non desunt qui admittant, semen taliter infectum posse verè dici peccaminosum virtualiter, seu causaliter, sicut sol est virtualiter calidus,

Ad 3. Nego maiorem, quæ non potest habere locum, nisi in ordine ad effectum positiuum, qui efficiatur directè, & propriè, tamquam verus effectus, per veram causalitatem. Ergo non est vera, in ordine ad effectum priuatiuum, qui non fit vera, & propria actione, sed potiùs indirectè excludendo formam oppositam, & per resultantiam. Quia ergo potuit Adam suo peccato, priuare totam naturam iustitia originali, & per influxum sui seminis, facit quòd anima formaliter, & actu fiat pars talis naturæ, illam trahit in partem communis corruptionis, cùm fieri non possit, quòd fiat pars naturæ, quæ tota est corrupta, & illa non corrumpatur

Ad 4. Nego ſequelam maioris. Et dico, , ſemen proximorum parentum attingere quidem originale purè materialiter, non tamen effectiuè. Et ratio eſt, quia hoc ſemen ita concurrit ad originale, ſicut aqua feruens ad calefaciendum. Sed hæc neque concurrit effectiuè, vt cauſa principalis, neque vt cauſa inſtrumentalis, ſed ſolùm vt pura cauſa materialis, quatenus videlicèt recipit in ſe calorem, per quem ignis calefacit. Ergo neque ſemen ad hoc peccatum. Minor, & conſequentia ſunt euidentes. Maior probatur, quia hoc ſemen non concurrit, niſi vt ſubiectum illius infectionis, per quam Adam propagat peccatum orginale, eo modo, quo eſſet ſubiectum illius virtutis ſupernaturalis, per quam in ſtatu innocentiæ propagaret iuſtitiam originalem. Hoc ergo ſemen habet quidem rationem inſtrumenti, ſi referatur ad Adam, non autem ſi rèferatur ad ſuum principium proximum, in ordine ad quod habet ſolùm rationem cauſę ſubiectiuæ, & purè materialis, vt diximus de aqua, reſpectu caloris ignis.



AR-

## ARTICVLVS II.

### *An semen attingat peccatum originale per vnionem animæ cum corpore?*

VIdetur non attingere, Primò quia antequam anima vniatur cùm corpore, non habet iustitiam originalem; adeoque habet eius priuationem. Ergo illam non accipit per vnionem cum corpore.

2. Pro eo instanti, quo anima creatur, non potest inquinari, aliter inquinatio refunderetur in creantem; & ideo probabiliter asseritur, angelum in primo instanti non potuisse peccare, quia eius peccatum incæpisset cum eius primo esse. Sed in primo instanti, in quo creatur, vnitur corpori. Ergo in primo instanti talis vnionis, non potest contrahere peccatum originale; atque adeo illud non contrahit per contactum corporis.

3. Si anima inficeretur per vnionẽ ad carnem infectam, tamdiù anima remaneret infecta, quamdiù remaneret cum illa vnita. Sed hoc est erroneum, quia post baptismum, remanet vnita, absque infectione originali. Ergo & antecedens.

Concl. *Semen non attingit peccatum originale, nisi per vnionem animæ cum corpore,*

*pore, & ideo anima illo non deturpatur, nisi cum primùm vnitur corpori.* Est ferè communis inter catholicos.

Probatur prima pars, eodem modo semen Adæ propagat originale, sicut propagasset iustitiam, si non peccasset. Atqui non propagasset iustitiam, nisi vniendo animã corpori integro, virtute sibi diuinitùs superaddita. Ergo neque propagat originale, nisi vniendo animam corpori, destituto tali integritate, per cuius vnionem resultat animæ macula *originalis.* Anima ergo non vnitur corpori, nisi vt habens talem maculam, nõ quidem antecedenter, sed per ipsam vnionẽ, tamquam per actionem maculatiuam, eo modo, quo per vnionem cum vestibus, resultat corpori denominatio vestiti, & per consequens semen non attingit hoc peccatum, nisi per talem actum vnitiuum, per quem vltimò disponit materiam, vt per eius vnionem, *inficiatur eius forma.*

Probatur secunda, tunc anima inficitur, cum primum terminat actionem seminalem, per quam constituitur actu hominis membrum. Sed hoc fit per primum contactum, seu vnionem cum corpore infecto. Ergo in illo primo vnionis instanti, anima inficitur, resultando in illam originale peccaum.

Ad 1. Distinguo consequens, illum non accipit, vt est priuatio formæ sibi possibilis, concedo: vt est priuatio formæ debitæ, nego consequentiam. Et dico

co, animam non deturpari per puram priuationem iustitiæ sibi possibilis, sicut habebat in statu illo obiectiuo, in quo concipiebatur vt vnibilis corpori, & sicut habuisset in statu puræ naturæ, sed per priuationem illius, vt sibi debitæ, sicut habuit in statu vnionis, in quo facta est membrum, seu pars humanæ naturæ, propagatæ per semen Adæ. Ex quo sequitur, non posse sustineri aliorum responsionem, dicentium ante vnionem inesse animæ negationem iustitiæ, quæ per vnionem transit in priuationem, quæ sola illam deturpat. Siquidem alibi sæpe probauimus, negationem non esse in subiecto. Ergo omnis carentia formæ in subiecto, est priuatio, quæ si sit formæ debitæ, deturpat subiectum, non autem si sit carentia formæ indebitæ, cuiusmodi sunt gratia habitualis, lumen gloriæ &c. Ergo hoc argumentũ soluendum est, non ratione priuationis, & negationis, sed ratione priuationis formæ debitę, vel indebitę.

Ad 2. Nego antecedens. Ad cuius probationem nego sequelam, quæ non valet, nisi in ijs, quæ proueniunt homini naturaliter, nõ autem in his, quæ illi accidunt liberè, & contingenter, cuiusmodi fuit peccatum originale, quod licèt contrahatur in primo vnionis instanti, non tamen potest refundi in creantem animã, neque ad proximè vnientem, sed ad inficientem liberè corpus, cui fit vnio, sicut

est

cut est solus Adã, & posteri illi consentientes. Vnde intulimus in tr.de angelis, quod etiam in primo suæ creationis instanti peccare potuerint. Neque obstat, quòd hæc macula incipiat cum primo hominis esse, quia semper præcedit debitum culpabile in Adam, illam contrahẽdi. Quamuis ergo posset Deus hoc debitum impedire, vt impediuit in Deipara, quia tamen ad hoc non tenetur, ideo eius effectus non refunditur in Deum, sed in eum, qui sua culpa hoc debitum contraxit.

Dices, debitum non potest afficere, nisi suppositum. Ergo non potest intelligi formaliter inesse, nisi cum primò sit suppositum, nempe in primo instanti animationis fœtus. Ergo non præcessit contractionem culpæ.

Distinguo antecedens, debitum personæ, concedo: debitum naturæ, nego antecedens, & cum illo consequentiam. Cùm enim debitum originalis, contractum, fuerit per peccatum capitis moralis, totam naturam fecit debitricem. Atque adeo inest formaliter in tota natura, quatenus hæc tota virtualiter continetur in primo supposito, tamquam primo capite physico, & morali totius naturæ. Quia ergo suppositum pueri A antequam sit formaliter in se, preintelligitur esse virtualiter in capite, ex quo per semen defluxit ad suum esse personale, & particulare, ideo præhabuit debitum naturæ,

per

per quod inficeretur, cum primum inciperet esse formaliter in se. Hæc ergo infectio prò primo instanti sui esse, resultat ex debito sui esse in capite, siue quod contraxit in capite.

Vrgebis, non potest assignari terminus actionis peccati Adæ, per quam traducitur peccatum originale. Ergo hæc doctrina non subsistit. Nego antecedens. Et dico, eius terminum primarium esse infectionem carnis, ex qua decidit semen infectum, in quo virtualiter continetur priuatio iustitiæ originalis, quæ proinde habet rationem termini secundarij. Ergo peccatum actuale Adę, immediatè inducit infectionem, in totam massam corpulentam, & deinde per eius propagationem, medio semine ex illa deciso, cum sua infectione, vniendo animam tali carni corruptæ, per aliam quasi actionem, seu resultantiam, efficit in tali anima infectionem spiritualem, nempe priuationem iustitiæ originalis, & hoc propter animæ colligantiam cum corpore, vt docet D. Bonau. in 2. d. 31. ar. 1. q. 3. Et huius rationem affert D. Tho. in 2. d. 30. q. 1. ar. 2. ad 5. quia videlicèt anima, vt actus corporis, debet recipi in illo per modum ipsius, hoc est iuxta dispositionem ipsius, vt verificetur illud, *quidquid recipitur, ad modum recipientis recipitur.* Cùm ergo in corpore inueniat defectum iustitiæ, qua illud perfectè subijceretur animæ, debet ani-

anima in illo recipi, cum defectu eiusdem iustitiæ.

Ad 3. Nego maiorem, Primo, quia leprosus natus à patre leproso, potest curari à lepra, in quo casu variarentur dispositiones in eius carne, ita vt vbi priùs exigebant lepram, deinde exigant eius priuationem. Ita merita Christi, inducendo per baptismum graciam in animam, cum habitibus virtutũ supernaturalium, retundunt deordinationem passionum animæ, & ponunt formã incompossibilem cum peccato originali. Deinde ablata causa, remouetur effectus. Cùm ergo causa perseuerantiæ talis peccati, sit moralis perseuerantia peccati Adæ, in diuina abominatione, posita eius retractatione, cessat hæc perseuerãtia, adeòque peccatum. Demum, peccatum originale dicit, & reatum culpæ in anima, & deordinationem in carne. Reatus tollitur per baptismum, non autem passionum inordinatio. Ergo secundùm quod erat in carne, vel in anima in ordine ad carnem, semper remanet, & dicitur fomes peccati, eius remanente vnione cum carne, nisi speciali aliqua prærogatiua, communicetur alicui perfectio iustitię originalis, vt docet D. Th. 1.2 q. 81. ar. 3. ad 2. & mox videbimus, ar. seq.

## ARTICVLVS III.

### *An semper duret in anima peccatum originale?*

VIdetur semper durare, Primò quia cùm peccatum originale consistat in priuatione iustitiæ originalis, non potest auferri, nisi per introductionem talis iustitiæ, tamquam per formam oppositam. Sed iustitia originalis numquam reponitur. Ergo neque tollitur hoc peccatum, adeòque semper durat.

2. Si tolleretur per baptismum, non possent baptizati, illud generando traducere in posteros, cùm nemo det, quod non habet. Consequens est erroneum, quia repugnat Trid. sess. 5. can. 4. Ergo & antecedens.

3. Non potest auferri culpa voluntaria, nisi retractetur. Sed pueri non possunt retractare culpam originalem, quia non habent vsum rationis. Ergo semper manet in illis, etiam post baptismum.

4 Quod non est nobis voluntarium, retractari non potest. Sed originale non est nobis voluntarium, quibus accidit vt furca latroni. Ergo retractari, adeòque tolli non potest.

Concl. *Quamuis peccatum originale, non duret in baptizatis, quoad culpam, tamen durat quoad eius pœnalitatem.*

Pro-

Probatur prima pars ex Trid. sess. 5. can. 4. in quo dicitur, *Siquis per Iesu Christi gratiam, qua in baptismate confertur, reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam asserit, non tolli totum id, quod veram, ac propriam peccati rationem habet, anathema sit.* Deinde quia macula, seu culpa peccati originalis, nihil est aliud, quàm priuatio iustitiæ originalis, vt nobis terminatiuè voluntaria, resultans nobis ex peccato Adæ, sicut supra statuimus. Sed per iustificationem baptismalem, hæc priuatio amittit rationem voluntariæ, quatenus amittit esse terminum, alicuius nobis formaliter voluntarij, eò quia retractetur consensus in primum peccatum actuale Adæ. Ergo amittit rationem culpæ habitualis. Quia tamen amissa ratione voluntarij, adhùc remanet sub ratione priuationis iustitiæ originalis, ideo hoc peccatum non remittitur quoad totam pęnam, saltem regulariter loquendo. Vnde remanet probata secunda pars.

Dices, non potest eadem priuatio iustitiæ, habere simul rationem culpæ, & pęnæ, quia pęna vt à Deo inflicta, est bona, & à Deo volita, non autem culpa. Ergo nō potest in tali priuatione distingui ratio voluntarij, in qua habeatur formaliter ratio malitiæ originalis, à ratione priuationis iustitiæ, per quam habeatur formaliter ratio pęnæ, quæ remaneat post culpæ ablationem.

Di-

Distinguo antecedens, nõ potest eadem priuatio eodem modo considerata, habere simul rationem culpæ, & pęnæ, concedo: diuerso modo, nego antecedens, docente D. Tho. q. 1. de malo ar. 4. ad 1. *Idem secundùm diuersa, potest esse & culpa, & pœna, non tamen secundùm idem.* Et q. 4. de malo ar. 2. ad vlt. assignat quomodo in re nostra id possit verificari his verbis, *Quòd si carentia originalis iustitiæ, comparetur ad istum hominem, prout est persona quædam, non habito respectu ad naturam, sic est pœna; si autem comparetur ad principium, in quo omnes peccauerunt, sic habet rationem culpæ*, videlicèt quòd hæc priuatio materialiter, & secundùm se precisè considerata, quatenus purè priuat animam opposita perfectione, habet rationem pęnæ; formaliter verò considerata, vt voluntaria, seu vt dicens ordinem ad Adæ peccatum, tamquam ad sui causam, habet rationem culpæ. Atque adeo est à Deo volita, secundùm primam formalitatem, non autem secundùm alteram.

A 1. Resp. primò negando minorem, cum D. Tho. q. 4. de pec. orig. ar. 2. ad 2. *Nam iustitia originalis* (vt inquit) *restituitur in baptismo, quantum ad hoc, quòd superior pars animę coniungitur Deo, per cuius priuationem inerat reatus culpæ; sed non quantum ad hoc, quòd rationi subijciantur inferiores vires; ex huiusmodi enim defectu, est concupiscentia, quæ manet post baptismum.* Resp. 2. Quòd sicut illa priua-

tio est virtualiter duplex, ita opponitur duplici formæ, quarum vna est iustitia, & alia est gratia. Restituta igitur gratia per baptismum, tollitur eius priuatio, quantum ad hoc, & remanet quantum ad aliud. Resp. 3. iustitiam originalem esse necessariam, ad auferendam hāc priuationem, quoad substantiam suo modò negatiuam, non autem quoad modum, secūdùm quem habet formaliter esse peccatum originale. Cùm ergo per baptismum tollatur solùm ratio peccati, ideo tollitur ab illa ratio voluntarij, remanente ratione priuationis, vt purè talis, sub quo conceptu, est formaliter pęna.

Ad 2. Nego minorem, quia parentes proximi non traducunt originale, nisi purè materialiter, hoc est sub ratione præcisè priuationis iustitiæ originalis, quæ deinde accipit ab Adamo, mediante tali semine, rationem voluntarij, adeòq; rationem culpæ. Hæc autem ratio voluntarij, ita afficit singulos, vt nòn possit in illis tolli, nisi per propriam retractationem. Quamuis ergo parentes proximi illam à se abstulerint, adhùc tamen illam propagant, in propagatione naturæ, in qua omnes peccauerunt.

Ad 3. Dico, puerum non quidem formaliter, sed virtualiter retractare peccatum, quatenùs videlicèt virtute baptismi, infunduntur illi gratia, & charitas, quibus eius voluntas, manet habitualiter conuersa in Deum, tamquam in vltimum

mum finem, à quo erat auersa. Est autem impossibile, quòd voluntas habitualiter vnita cum Deo, remaneat in eius abominatione, alioquin simul amaretur à Deo, & odio haberetur. Ergo cum tali virtuali retractatione, non potest in illo remanere culpa originalis.

Ad 4. Nego minorem, cum sua paritate. Disparitas est, quia priuatio iustitiæ, ex vna parte est effectus physicus peccati Adæ, & ex alia, saltem apparenter, dicit hoc bonum, quòd illa priuatus nulli sit subditus, adeòque neque Deo subiectus, & quasi sui iuris, quo bono licèt apparenti, potest moueri voluntas ad illam volendam. At furca non potest esse voluntaria latroni, nisi in quantum vult potiùs illam, quàm omittere latrocinia. Hoc verò non sufficit ad rationem voluntarij. Primò quia hæc voluntas quæcumque sit, non influit physicè ad suspensionem illius, quę est ei omninò ab extrinseco, & violenta. Et deinde quia nullam habet amabilitatem, & appetibilitatem, vnde possit moueri voluntas ad illam volendam, cùm potiùs habeat rationem odibilitatis, ad voluntatem à se retrahendam. Ergo non est par ratio.

AR-

# ARTICVLVS IV.

## *An peccatum originale extinctum baptismo, peccato actuali reuiuiscat?*

Videtur reuiuiscere, Primò quia si tale peccatum semel extinctum non reuiuisceret, nullus contraheret illud, quod fuit extinctum à pœnitentia Adæ. Consequens est erroneum. Ergo reuiuiscit.

2. Si Deus recens natum infantem non baptizatum redigeret ad nihilum, vtique destrueret eius peccatum originale, quod remanere non potest, sine subiecto. Si ergo fingamus, reproduci à Deo talem infantem, vtique vt filius Adæ esset filius iræ, adeoque cum originali. Ergo hoc in illo reuiuisceret.

Concl. *Originale deletum per baptismũ, non redit deinde per culpam actualem.* Est communis inter catholicos.

Probatur, quia peccatum originale per baptismum, non solùm mortificatur, sed omninò extinguitur, adeo vt homo ex inimico, fiat verus amicus Dei, vt docet Trid. sess. 5. can. 4. vbi damnatur vt hæreticus, quicumque *asserit, non tolli totum id, quod veram, & propriam peccati rationem habet.* Et affert rationem *quia nihil est damnationis ijs, qui verè conse-*

*sepulti sunt cũ Christo per baptisma in mortem.* Quod autem est omninò extinctum, non potest reuiuiscre, nisi per vires omnipotentis Dei. Cùm ergo Deus non possit producere peccatum, vt est formaliter tale, nempe secundùm culpam, neq; potest illud reproducere, vt de actuali probaui in tr. de pęn. disp. 16. ar. 1. Neque valet instantia meritorum, quæ ibidem diximus redire pet iustificationem. Siquidem illa peccato non extinguuntur, sed solùm mortificantur.

Deinde, tota ratio, quare peccatum Adæ sit nostra culpa, est quia per voluntatem nostram illi consentientem, factum est nobis voluntarium, vt probauimus disp. 1. ar. 5. Cùm ergo per retractationẽ fiat nobis inuoluntarium, nõ est ampliùs nostrum, & ideo in nobis amittit rationem culpæ. Quamuis ergo per actuale peccatum amittamus gratiam Dei, quia tamen iterum non consentimus cum Adam ad illud peccatum, ideo sîmus quidem peccatores, per peccatum actuale, non tamen per originale.

Ad 1. Nego maiorem. Ratio est, quia Adam non fecit pęnitentiam, vt persona publica, & caput morale, sed vt persona priuata, eò quia per primum suum peccatum, amiserit dignitatem primi capitis moralis. Ergo eius pęnitentia deleuit illud, vt erat ipsi personale, illique soli profuit, cùm respectu aliorum remanserit irretractatum, & per consequens eorum

rum culpa, docente D.Tho. lect.3. in c.5. ad Rom. *Pœnitentia Adæ delere non potuit peccatum posterorum, quia eius pœnitentia fuit per actum personalem, qui vltra eius personam, non se extendebat.*

Ad 2. Nego antecedens. Et ratio est, quia permanentia habitualis peccati originalis, nō est aliquod physicum, sed morale, quatenus videlicèt hoc peccatum permanet in diuina abominatione. Ergo quamuis physicè destruatur actus peccaminosus, & suppositum, quod dicitur peccator, non tamen perit moralis permanentia talis peccati, in diuina abominatione, quæ adhûc permanet. Atque adeo vt iterum afficiat suppositum reproductum, non est necesse, quòd physicè reproducatur, sed per talem permanentiam numquam interruptam, potest in illo physicè producere priuationem gratiæ, & iustitiæ originalis, quatenus potest auertere Deum à collatione vtriusque, donec formaliter, vel saltem virtualiter ipsum retractetur.

Dices, Peccatum Adæ non induceret puero, in casu illo reproductionis, priuationem gratiæ, & iustitiæ originalis, nisi secundùm permanentiam moralem in diuina abominatione. Ergo non esset illius causa physica, sed moralis, cùm fieri non possit, vt per existentiam moralem causæ, aliquid physicè causetur.

Nego consequentiam. Cùm enim existentia causæ non sit eius causalitas, sed

ſed conditio ad cauſandum, poteſt eſſe moralis, etiam in ordine ad eius effectum phyſicum, non quidem poſitiuum, ſed priuatiuum. Et ratio eſt, quia ad phyſicè cauſandam aliquam priuationem in aliquo ſubiecto, ſatis eſt quòd detur in illo, vtcumque, aliquod phyſicè incompoſſibile, cum forma poſitiua illi oppoſita. Sed poſita exiſtentia illa morali peccati in diuina abominatione, datur aliquod phyſicè incompoſſibile, cum gratia, & iuſtitia originali in tali ſubiecto. Ergo phyſicè ab illo expellitur vtraq; forma, quia ex natura rei ſequitur vtriuſque priuatio.

Vrgebis, non poteſt aliquid morale cauſare effectum phyſicum. Ergo cùm hæc permanentia ſit moralis, non poteſt phyſicè cauſare has priuationes. Nego antecedens, cùm gratia, & gloria poſſint moraliter à meritis cauſari, licèt ſint entitates phyſicę: & malitia peccati, licèt, ſit aliquod formaliter morale, phyſicè cauſat in voluntate peccatoris, priuationem actus virtuoſi illi oppoſiti. Ergo etiam huiuſmodi moralis permanentia peccati originalis, poteſt phyſicè cauſare priuationes dictas, modo explicato.



# ARTICVLVS V.

## *An, & quandiù detur in nobis debitum contrahendi peccatum originale?*

Videtur durare semper in nobis, debitum contrahendi originale, vt cõtendit Vasq.to.2. in 3 p. d.116. c.5. Pri mò quia debitum peccati originalis, nihil est aliud, quàm relatio passiua ad peccatum Adæ, fundata in natura, seminaliter ab illo propagata, ex se impotente ad non contrahendum originale, & ad n[on] perseuerandum sub illo, posita semel eiu[s] contractione, nisi obstet gratia. Sed ha[c] relatio durat per totam vitam. Erg[o] etiam debitum peccati originalis.

2. Posteri Adæ, quantum est ex se ex vi demeriti illius, sunt obnoxij, n[on] solùm contractioni, sed etiam perseu[e]rantiæ sub peccato originali. Ergo qu[am]diù in illis abest gratia, tamdiù reman[et] in illis debitum contrahendi illud, & s[ub] illo perseuerandi.

3. Debitum pęnæ fundatur in debi[to] culpę, eò quia pęna non possit correspo[n]dere, nisi culpæ. Atqui per totam vitã d[u]rat debitum pęnæ, debitæ originali pe[c]cato. Ergo durat etiam debitum ipsi[us] originalis peccati.

Con-

Concl. *Debitum physicum contrahendi originale, non remanet post instans conceptionis, licèt remaneat debitum morale, vsque ad instans iustificationis exclusiuè.*

Probatur prima pars 1. debitum physicum consistit formaliter in connexione physica, seu necessitate illationis effectus ex sua causa, vt est illud, quod resultat ex essentia ad suas proprietates, & ex materia disposita ad formam, quod potiùs dicitur exigentia. Debitum morale consistit formaliter in actione, seu iure, quod acquirit creditor in debitorem, vt est illud, quod resultat ex merito ad præmium, & ex demerito ad pęnā, & ex offensa ad satisfactionem. Hoc posito, post instans conceptionis, tollitur quidem physicum debitum ad peccatum originale, quia cessat vis, & necessitas illud inferendi, quæ in solo primo instanti potest fungi suo munere, eo modo quo transacto primo instanti generationis physicę, cessat in materia disposita, exigentia, seu vis illatiua formæ generandæ, quam habuit ex præcedentibus dispositionibus, quamuis defacto non ponatur talis forma, sed alia, impediente Deo formam exigitam. Cùm ergo hæc physica connexio nostri cum Adam, exigat, vt cum primo communicatur nobis eius natura, communicetur vt erat in illo, tamquam in primo capite, transacto generationis instanti, siue de facto illa taliter communicetur, siue mundata

jam habuit suum intentum, adeoque non exigit ampliùs illam communicare; & per consequens quicumque non incurreret illam maculam talis naturæ, in primo instanti conceptionis, ob aliquam forma cum illa incompossibilem, nullum aliu haberet debitum physicum, illam contrahendi, eò quia hoc debitum cesset e natura sua, transacta illa duratione, pr qua sola habet vim nocendi, & inferen di tale peccatum.

Deinde, tamdiù durat debitum phy cum in posteris, quamdiù durat vis ac ua physica Adæ, vt primi capitis, in los. Sed hæc non durat, nisi vsque ad i stans conceptionis, seu animationis i clusiuè. Ergo illo transacto, non pot remanere hoc debitum. Consequen est euidens. Maior patet, eò quia po ri non connectantur cum Adam, nisi generationem physicam, per quam dijs proximis parentibus, accipiunt illo naturam humanam. Minor pro tur, Adam non agit physicè in poste nisi quamdiù fiant homines, & suæ pa cipes naturæ, disponendo per semen teriam, quoadusque exigat informar nima rationali. Ergo infusa anima tionali in talem materiam, cessat eius fluxus physicus, & linquit fętum in esse singulari, & indiuiduo.

Probatur secunda pars, debitum m le nihil est aliud, quàm actio illa, q Deus acquirit, seu ius procedendi ad

si

sùs aliquam personam, tamquam sibi infensam, & peccatricem, ex vi primi peccati Adæ, non retractati prò tali persona, adeòque permanentis in diuina abominatione, vt nobis voluntarij, exigentis nobis imputari, donec retractetur. Ergo tamdiù durat, quoadusque prò tali persona retractetur Adæ peccatum. Sed hoc retractatur per iustificationem, saltem virtualiter, cùm fieri non possit iustificatio, nisi de peccato retractato. Ergo cessat, & ideo infunditur gratia cum illo incompossibilis. Cessante autem peccato, ex quo consurgit hoc debitum, non potest ipsum debitum remanere, vt patet. Ergo hoc debitum non durat, nisi vsque ad instans iustificationis exclusiuè.

Dices, debitum morale fundatur in physico. Ergo cùm physicum non duret, extra instans conceptionis, neque durat morale. Nego consequentiam. Et ratio est, quia non fundatur in illo, tamquam in subiecto, sed solùm tamquam in causa illatiua, & exigitiua. Sicut ergo trãsacta actione physica, per quam Petrus abstulit à Paulo decem aureos, manet in Petro debitum morale, restituendi ex illa relictum, ita transacta seminali actione Adæ, relinquitur ius in Deo, ad imputandum fętui, vt proprium tale peccatum.

Vrgebis. Ergo quicumque per actionem seminalem deriuat ab Adam, con-

trahit de facto debitum physicum, trahendi originale, adeòque cont ipsum originale. Nego consequen quoad vltimam partem. Sicut enin pis violenter in aere detentus, lice beat debitum physicum descendend facto non descendit; ita quamuis i stanti animationis Deiparæ, fueri bitum contrahendi originale, nõ t illud contraxit, quia fuit præserua consensu ad primum peccatum actu Adç, ad quem præstandum physicè pellebatur.

Dices 3. Omne debitum remit per solam solutionem. Sed ante i cationem, non fit solutio. Ergo neq tollitur debitum physicum. Disti maiorem, debitum physicum, nego rale, concedo. Et ratio est, quia deb physicum non est propriè, & rigo debitum, cùm sit potiùs necessitas, & latio necessaria, & ideo non tollitur solutionem, sed per naturalem cessa nem. Morale autem, quia est verum bitum, ideo non tollitur sine solutio Ad cuius euidentiam dico, peccatu Adæ, posito quòd abstulerit ab illo stitiam originalem, per semen in po ros transfundendam, necessariò reliq se totum eius semen infectum, & vi tum, cui proinde debetur, vt quicum per illud generatur, contrahat macu originalem, in instanti conceptionis. que adeo quia hoc debitum non consi

ii

in alio, quàm in illa necessitate, quæ resultat in singulis, ad contrahendum originale, ideo est potiùs illatio necessaria, ex necessaria connexione huius cum illo, quàm verum debitum. Et ideo non debet per solutionem extingui, sed per elongationem à suis causis, quæ non habent vim nocendi, nisi quando sunt in via generationis, per seminalem actionem, vt dictum est.

Ad 1. Nego maiorem. Quamuis enim talis relatio requiratur, tamen illa non sufficit, sed requiritur etiam vis actiua in ipsis causis, ad inferendum originale. Cùm ergo hæc vis extinguatur per iustificationem, extinguitur etiam hoc debitum. Præterquamquòd cùm extinguatur Adæ peccatum, solùm quantum ad hoc indiuiduum, non potest terminare relationem illam, quam adstruit Vasquez, vt fundatam in tota natura humana.

Ad 2. Concedo totum, quod aliud non probat, nisi quod tale debitum non duret, nisi vsque ad instans iustificationis exclusiuè, quod vltrò concedimus, & est formaliter nostra conclusio.

Ad 3. *Distinguo minorem, per totam vitam durat debitum pęnæ æternæ, nego: pęnæ temporalis, concedo minorem.* Cùm enim præcipua pęnarum temporalium sit mors, non potest eius debitum extingui, nisi per mortem. Contra verò, quia debitum pęnæ æternæ, est pec-

catum Adæ non retractatum, non potest extingui, nisi per retractationem, siue formalem, siue virtualem, vt dictum est. Ergo posita retractatione illius, cessat eius debitum.

Dices, Remissa culpa, remittitur tota pęna illi correspondens; alioquin adhùc culpa imputaretur ad pęnam, quod pugnat cum eius remissione. Ergo vel non remittitur originale, vel nullum remanet ex illo debitum pęnalitatis.

Nego antecedens. Ad cuius probationem dico, remissionem culpæ consistere, in recuperatione diuinæ amicitiæ, a missæ per peccatum. Hæc autem toll quidem pęnam æternam, incompossibi lem cum statu felicitatis, debitæ amic Dei, non autem debitū satisfaciēdi pęn tēporalibus. Sicut enim Christus Dom nus, potuit esse filius Dei naturalis, & mul flagellari, & crucifigi, ob aliena de cta, ita possunt filij Adæ, fieri filij D adoptiui per iustificationem, & simul poralibus pęnis, satisfacere pro suis d lictis iam remissis. Prætequamquòd p na temporalis potest etiam exigi, non contracta culpa, vt accidit in B. Virgi in qua fuit exigita mors, ob solùm bitum physicum remotum, contrahe peccatum originale.

AR

# ARTICVLVS VI.

## *An si Adam non peccasset, transfudisset physicè in posteros iustitiam originalem?*

VIdetur quòd non, vt putant Salm. hic disp. 14. dub. 2. nu. 77. dicentes, Adamum futurum fuisse solùm causam moralem talis transfusionis. Fundamenta possunt esse, Primò quia si Adam per suum semen, tamquam per instrumentum physicum, vt vera causa physica, communicasset posteris iustitiam originalē, eius semen in statu innocentiæ, fuisset verum sacramentum. Est autem absurdum, constituere in tali semine rationē sacramenti. Ergo non fuisset vera causa physica talis communicationis. 2. Semen Adæ vel causasset hanc virtutem iustitiæ originalis, per virtutem aliquam naturalem, vel supernaturalem? Non primum, quia cùm talis iustitia fuerit supernaturalis, non potuisset attingi à virtute naturali. Neque secundum, quia hoc non potuisset fieri, nisi per eleuationem ipsius seminis, ad modum operandi sibi indebitum, vt accidit aquæ in baptismo, in ordine ad causandam gratiam, quod iterum illud traheret ad rationem

ſacramenti, modò impugnatam. E
nullo modo phyſicè cauſaſſet.

Concl. *Si Adam permaſiſſet in inno*
*tia, transfudiſſet phyſicè in poſteros i*
*tiam originalem.* Eſt ferè communis i
catholicos.

Probatur, ſicut ſemen Adæ per v
tem naturalem, habet communica
naturam eiuſdem Adæ, vt primi ca
phyſici, ita per virtutem ſupernatur
tamquàm inſtrumentum Adæ, vt p
capitis moralis, communicaſſet poſt
iuſtitiam originalem, quatenus comr
nicaſſet eius naturam, vt illa decor
Ergo ſicut poſito peccato, transfu
ſuam naturam phyſicè, vt vitiatam
uatione iuſtitiæ originalis, ita in ſtatu
nocentiæ, transfudiſſet eamdem natur
vt tali iuſtitia decoratam. Aliter no
propagaſſet ſuam naturam, eo modo
illam ſibi conſeruaſſet, vel integram,
vitiatam. Et quia talis virtus ſuperna
lis, quamuis fuerit gratioſè Adamo c
lata, tamen poſito pacto, fuiſſet omni
poſteris, vt debita communicanda,
quam eorum ſemina, iuſtitiam origin
generando proli communicarent, nor
vt inſtrumenta propria, ſed vt inſtrun
ta Adæ, ideo poſita eius priuatione
peccatum inducta, debetur ſingulis ſe
illa affectum, per quod generando co
municent proli naturam, deſtitutam
ſtitia, adeòque infectam macula ori
nali.

nali. Cùm ergo tale ſemen phyſicè propagetur ab Adam in poſteros, etiam phyſicè cum illo propagatur talis priuatio, adeòque peccatum originale in illa conſiſtens, & propagaretur ipſá iuſtitia originalis, ſi per peccatum non fuiſſet expulſa à tali ſemine, vt ſibi repugnantes concludunt Salm. hic diſp. 14. dub. 4. n. 131. his verbis, *Adam fuit conſtitutus caput, in ordine ad illam diſiunctiuam, nēpe, vel peccando amittere iuſtitiam originalem, vel non peccando phyſicè illam traducere.*

Ad 1. Nego ſequelam maioris, quamuis non deſint, illam, vt veriſſimam admittentes, de quo ſuo loco. Et ratio eſt, quia ſacramenta nouæ legis cauſant gratiam ſimpliciter, & quoad ſubſtantiam; ſemen verò Adæ in ſtatu innocentiæ, cauſaſſet ſolùm iuſtitiam originalem *ſecundùm quid*, & quoad modū vnionis ipſius cum corpore, illam ſcilicèt vniendo cū corpore, quatenus per generationē phyſicam vniſſet animam, non vtcumque, ſed vt affectam iuſtitia originali. Sicut ergo ſemen non attingit animam quoad ſubſtantiam, ſed ſolùm quoad modum vnionis cum corpore, ita attigiſſet iuſtitiam originalem, & ideo non habuiſſet rationem ſacramenti.

Dices, ſemen Adæ ſimpliciter cauſat peccatum originale, vt eius inſtrumentū. Ergo etiam cauſaſſet ſimpliciter iuſtitiam. Nego conſequentiam. Primò quia

in ordine ad peccatum originale, quat
nus est culpa, non potest Deus habere
rationem causæ principalis, & ideo tot
habetur ab Adamo. Respectu verò iu
tiæ originalis, quia potest Deus hab
rationem causæ principalis, non est, 
ad illam Adami influxum quæramus.
cut ergo Adam nõ eleuauit suum sem
ad illam virtutem supernaturalem, qu
nullatenus continebat in se, ita nequ
ad eius effectum concurrisset, per ph
cum influxum, sed solùm moraliter, q
tenus per conseruationem pacti, moui
Deum, ad communicandam posteris, r
diante suo semine, iustitiam originale
Deinde quia ad producendum phys
peccatum originale, sufficit quod po
tur aliquid incompossibile cum iu
tia, sicut est eius primum peccatũ act
le, per cuius præsentiam, tamquam 
formam contrariam, repellitur phys
ipsa iustitia. Ad ponendam verò phys
iustitiam, requiritur virtus actiua, æq
lis perfectionis cum ipsa iustitia, ratio
cuius possit præcontineri in ipsa caus
principali, per cuius defectum nõ potu
set Adam per modum causę principal
illam physicè causare.

Vrgebis, ergo non est verum, qu
Adam in statu innocentiæ, communic
set physicè iustitiam originalem. Ne
consequentiam. Sicut enim Adam 
test physicè concurrere, ad vniendam
animam corpori, quam non habet in
sua

ſua virtute generatiua, ita potuiſſet ad vniendam iuſtitiam cum corpore, docente D. Tho. q. 4. de malo ar. 1. ad 9. *Ex peccato primi parentis, destituta eſt caro eius illa virtute, vt ex ea poſſet decidare ſemen, per quod originalis iuſtitia in alios propagaretur*, non quidẽ moraliter, ad quod nõ fuiſſet neceſſarius, ille vigor ſupernaturalis. Ergo phyſicè, ſaltem ſecũdũ eſſe vnionis ipſius iuſtitiæ cũ corpore, mediãte anima.

Ad 2. Dico, quòd ſemen Adæ cauſaſſet phyſicè hanc iuſtitiam, per virtutem illam ſupernaturalem, quam tradidit illi Deus, vt alijs communicandam, ſub conditione innocentiæ conſeruandę ab ipſo Adam; non tamen proinde fuiſſet eleuatum ad rationem ſacramenti, quia non effeciſſet illam iuſtitiam, neque gratiam inde cõſequentem, niſi ſecundum modum vnionis cum corpore, vt dictum eſt.

Dices, quia anima non fit à generante quoad ſubſtantiam, ſed ſolùm quoad vnionem, non eſt ex traduce, neque propagatur per ſemen. Ergo neque illa iuſtitia, ſi ſolùm fieret per ſemen quoad vnionem. Nego conſequentiam. Diſparitas eſt, quia ad animas poſterorum, neq; habet Adam virtutem naturalem, neque ſupernaturalem, cùm ſint extra terminum adæquatum rerum generabilium. At ex vi pacti cum Deo initi, quia erat caput morale poſterorum, habebat virtutem ſupernaturalem, ad illam iuſtitiam poſteris transfundendam, vel loco illius, pec-
ca-

catum originale. Deinde anima, cùm aliquid in se indiuiduum incommunicabile, non potest alijs communicari ex numero, sed debet in singulis multiplicari, adeòque vt communicetur pluribus debet effici quoad substantiam. Iustitia verò originalis habebat rationem cuiusdam veluti metaphysicè vniuersalis, omnibus participabilis, adeo vt eadem essentialiter, absque sui multiplicatione poni posset in pluribus, & ideo quia spectabat ad naturam, continebatur in capite, vt aliquid ab illo membris communicabile. Demum, vnio animæ cum corpore, solùm fit ad exigentiam dispositionū, ex parte materiæ. At vnio iustitiæ cum corpore, fit ad exigentiam ipsius Adę, hominis, quod vtpote prouenieris ab ipso tamquam à primo capite morali, exigit vt per ipsum non transfundatur natura, nisi quatenus affecta iustitia, vel eius priuatione. Atque ideo alterutra communicetur cum natura, per traducem communicatur, licèt animæ hoc non conueniat.

Vrgebis, Tota hæc doctrina fundatur in hoc, quòd Deus pepigerit cum Adam, vt si permaneret in statu innocentiæ, non solùm conseruaret sibi iustitiam originale, illi gratiosè collatã, sed etiam posteris, quibus illam per semen communicaret. Hoc autem nullum habet fundamentum in sacris paginis. Ergo est fictitium.

Nego minorem. Siquidem Oseæ 7. dicitur. *Ipsi autem sicut Adam, transgressi*

*sunt*

*sunt pactum meum*, quod vtique aliud non potuit esse, nisi de non comedendo pomo vetito, sub conditione conseruandi, vel amittendi sibi, & posteris iustitiam originalem. Et ideo clementissimus Deus, posita Adæ transgressione, nè ipse cum posteris irremissibiliter periret, statuit mittere suum filium Redemptorem, ante cuius aduentum, in figuram baptismi ab illo instituendi, aduersùs peccatum originale, iussit masculorum circumcisionē, vt legitur in lib. Genes. c. 17. *Masculus cuius caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum iritum fecit.* Ex quo apparet, secundum pactum, quod Deus inijt cum Abrahām de circumcisione (de quo fit expressa mentio in toto illo capite 17.) fuisse à Deo factum, in remedium præuaricationis Adæ, de primo pacto, ratione cuius omnes homines facti sunt in Adam vnus homo, vt omnes censerentur facere, quod ille faceret. Bene ergo exclamat Basil. hom. 1. de ieiunio, *Quia non ieiunauimus in primo parente, ideo exulamus à Paradiso.*



DI-



# DISPVTATIO V.

## De Effectibus peccati originalis.



X peccato originali du
ingẽtia mala deriuarun
alterum videlicèt priu
tiuum, nempe carent
iustitiæ originalis, gr
tiæ sanctificantis, ali
rumque donorum supe
naturalium, quæ dicuntur gratuita,
aliud positiuum, nempe cæcitas intell
ctus, prauitas voluntatis, licentia in ir
scibili, dissolutio in concupiscibili, n
cessitas moriendi, reatus maculæ, & pœn
& alia huiusmodi vulnera in natural
bus, vnde homo dicitur spoliatus gratu
tis, & vulneratus in naturalibus. Quia
tamen potissima difficultas versatur cir
infantes, ideo postquam breuiter statu
rimus quid sit dicendũ de assignatis, qu
re-

remus primò, an infantes decedentes sine baptismo, puniantur pęna ignis? Et deinde an aliqua tristitia afficiantur ex pęna damni? Quorum occasione, nonnulla dicemus de, eorum comparitione ad finale iudicium, & statu post illud.

## ARTICVLVS I.

### *An mors, aliæque ærumnæ sint effectus peccati originalis?*

VIdentur non esse, Primò quia in 5. p. nostræ summæ philosophicæ lib. de misto hum. disp. 1. ar. 1. asseruimus, hominem fuisse conditum ab initio, intrinsecè corruptibilem. Ergo quia etiam in statu innocentiæ fuisset mortuus, mors est illi connaturalis, & non pęna peccati.

2. In Christo D. & in Sanctissima eius Genitrice, non fuit peccatum originale, & tamen fuere dolor, ærumnæ, & mors. Ergo non possunt esse effectus talis peccati, cùm sit impossibile, dari effectum proprium alicuius causæ, sine tali causa. Quod idem militat de baptizatis, in quibus ablato peccato originali, remanent huiusmodi pęnalitates. Ergo quia ablata causa, aufertur effectus, non possunt ab illo deriuare, tamquam à causa.

3. Si

3. Si peccatum originale esset cau
talium miseriarum, esset causa nece
ria illarum, adeoque illas in omni
causaret. Hoc autem repugnat expe
tiæ, qua videmus, non omnes subia
omnibus miserijs humanæ condition
licèt subiaceant, non subiacent eo
modo, cùm vnus citiùs alio moria
inæqualiter subsint morbis, ignora
paupertati, &c. Ergo non est earu
causa.

4. Tale peccatum non corrupit int
secè naturam humanam, sed illam
quit in sua naturali conditione, cun
bertate arbitrij, contranitentia appe
sensitiui ad rationalem, cum composi
ne ex elementis contrarijs, & ex ani
& corpore, &c. vnde oriuntur corru
bilitas, ignorantia, rebellio passion
dolores, morbi, aliæque miseriæ, quæ
mitantur humanam conditionem.
hoc non esset, si huiusmodi ærumnæ
sent solùm effectus peccati, eò quia
lud intrinsecè vitiasset naturam hu
nam, quam dimouisset à statu sibi c
naturaliter debito, ad indebitum. E
non sunt effectus talis peccati, quod
lùm proinde induxit carentiam inde
torum.

5. Inclinatio ad bonum honestum
non fuit ablata per peccatum, sicut r
fuit inducta inclinatio ad inhonestum
Ergo vtraque est naturalis.

Conclusio, *Peccatum originale fuit c*

*sa*

*sa moralis indirecta, & per accidens mortis, aliarumque miseriarum, quas patimur in statu naturæ lapsæ, quas non pateremur in statu innocentiæ.* Est communis inter catholicos, aduersùs Pelagianos.

Probatur ex multiplici loco sacrorũ codicum, vt ad Rom. 5. *Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors.* Et Eccl. 25. *A muliere factum est initium peccati, & per illam omnes morimur.* Quibus adhærens Conc. Mileuitanum 1. ait, *Qui dixerit, Adam mortalem factum, ita vt siue peccaret, siue non peccaret, moreretur in corpore, non peccati merito, sed necessitate naturæ, anathema sit*, cui concinunt Arauxican. 2. can. 1. & Trident. sess. 5 decreto de peccato originali per totum. Quia tamen Adæ peccatum, non induxit huiusmodi pœnalitates, influendo in illas physicè, per positiuam causalitatem, sed solùm moraliter, quatenus videlicèt reddidit Adam cum posteris Deo infensum, à quo meruit spoliari, non solùm gratia sanctificante, alijsq; habitibus virtutum supernaturalium, sed etiam iustitia originali, perfectè subijciente corpus animæ, & animã Deo, vnde hæ miseriæ impediebantur, & quod caput est, priuauit Adam vsu ligni vitæ, quo mors ab eo expellebatur, ideo non fuit causa directa, & per se, sed solùm indirecta, & per accidens taliũ miseriarum, quas proinde non pateremur in statu

statu innocentiæ, vt meliùs patebit o
ctionum solutione.

Ad 1. Nego consequentiam. Qu
uis enim homo, ex naturali sui status
ditione, traheretur ad mortem, ob in
secam corruptibilitatem , numquai
men fuisset mortuus , si conseruasse
nocentiam, eò quia fuisset à Deo pr
uatus , non solùm vsu ligni vitæ, qu
uentam ad libitum protraxisset , vt
expẽdimus ibid. ar. 2. cum Augustin
cente lib. 13. de ciu. cap. 23 *Ligno vi
mortis necessitate prohibebatur, atque iu
tutis flore tenebatur homo*; sed etiam
stitia originali , & speciali assistent
tàm intrinseca, quàm extrinseca , q
propulsis assiduò causis , & qualitat
corruptiuis, non solùm à morbis, se
ipso etiam interitu vindicasset.

Ad 2. Nego consequentiam. Et
quòd Christus D. quia venit ad red
dum hominem, captiuum ob pecca
sicut factus est homo, ita voluit app
peccator , licèt esset impeccabilis, &
biacere peccati pænalitati, quæ licè
non deberetur ex proprijs delictis, ta
debebatur ex alienis, quæ vt sua pc
bat, vnde de se ipso dicebat, cum P
*Supra dorsum meum fabricauerunt p
tores*: & Isa. 53. *Attritus est propter s
ra nostra*. Quoad sanctissimam eius g
tricem, dico, illam fuisse veram fili
Adæ, vtpote quæ ex seminum cõmi

ne genita fuit per traducem ex Adam, adeòque habuisse debitum remotum, cõtrahēdi peccatum originale, quod vtique contraxisset, nisi fuisset à Deo specialiter præseruata. Ergo quia non decuit, illam præseruari à talibus pœnalitatibus, quibus voluit succũbere eius filius, ideo etiam illam, non propter peccatum proprium, sed primi parentis, ex quo deriuauit, subijt huiusmodi pœnalitates. De alijs non potest esse difficultas, quia cùm nati fuerint in peccato, debent subiacere illius effectibus, qui non semper omnes tolluntur per baptismum, vt fusè probaui in trac. de pœn. disp. 15. ar. 2. Ex quo sequitur, non semper ablata causa, auferri eius effectum, cùm non semper causa effectiua, sit eadem cum conseruatiua, vt ibid. probauimus.

Ad 3. Nego maiorem, quæ solũm est vera de causis directis, & per se, non autem de indirectis, & per accidens, cuiusmodi est peccatum originale, de cuius causalitate hæc habet D. Thom. 1. 2. q. 85. ar 5. ad 1. *Remota originali iustitia, natura corporis humani relicta est sibi, & secundum hoc iuxta diuersitatem complexionis naturalis, quorumdam corpora pluribus defectibus subiacent, quorundam verò paucioribus, quamuis existente originali peccato æquali*, vt mox explicabitur.

Ad 4. Nego Minorem. Cùm enim originale non fuerit causa talium miseriorum, nisi quatenus fuit remouens prohi-

habens; nempe virtutem illam superna-turalem, qua arcebantur, ideo ad hoc, vt causaret in natura humana tales mise-rias, non fuit necesse, quòd illam intrin secè corrumperet, & dimoueret è su statu, sed satis fuit, quòd illam sp liaret iusticia originali, & arceret ab fuligni vitæ, quibus ab illis præseruab tur, posito quòd ita Deus cum illa gr tiosè statuerit.

Ad 5. Distinguo antecedens, incli cio ad bonum nō fuit penitùs per pec tum extincta, concedo: non fuit immir ta, & subdistinguo, non fuit intrins immunuta, concedo: extrinsece, nego tecedens. Et distinguo consequens, naturalis quoad substantiam, conce quoad modum, nego consequentian Explico distinctionem, inclinatio ad num fuit indita à natura; adeòq; vel a pitur radicaliter, & est ipsa substan animæ, vel proximè, & formaliter, & intellectus, & voluntas, quatenus i habet à natura dictare voluntati, m esse fugiendum, & bonum amplect &: hæc habet ex se ordinari ad pro tionem boni, & fugam mali, quæ cilè, & voluptuosè fiant, dedit De bitus virtutum supernaturalium, q voluntas propellatur ad tales motu ferendo, vel saltem minuendo diffi rem, quæ oritur ex subiecto per f cili, & reluctanti, sicut dedit inte lumen rationis, quo discernens bo

malo, alliciat potiùs voluntatem ad bonum, quàm ad malum. Hoc posito, per peccatum sicut non fuit ablata substantia animæ, ita nec eius voluntas, & libertas, & multò minùs lumen naturale intellectus, sed solùm fuere accidentaliter immutata, quatenus priuata gratuitis, fuerunt in se ipsis relicta, vt docet S. Prosper lib con. Collatorem cap 19. *Natura enim humana* ( inquiens) *in illa vniuersalis prauaricationis ruina, nec substantia erepta est, nec voluntas, sed lumen, decusq; virtutum, quibus fraude inidētis exuta est.* Quatenus ergo per talium virtutum spoliationem, asserta in libertatem concupiscentia, quæ priùs veluti fræno coercebatur, trahit animam ad bonum delectabile, siue consonum, siue dissonum rationi, hinc illa magnam sentit difficultatem, in prosecutione boni honesti, cùm potiùs voluptatis illicio trahatur ad inhonestum, vnde oritur bellum illud intestinum virium inferiorum cùm superioribus, de quo ait Apostolus ad Roman. 7. *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantē me in lege peccati, qua est in membris meis*: In quo conflictu, nisi Deus specialiter adsit, infallibiliter cadimus, præfoçante ignorantia lumen rationis, orta ex grauamine corporis supra animam, quo redditur illi difficile iter virtutum, sicut ex conflictu elementorum, quibus componitur corpus, oriuntur illi ægritudines,
do-

dolor, ærumnæ, ipsiusque compositi dissolutio, per illius ab anima seperationem. Quod idem aduertens, ibidem exclamat, *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Et concludit, *Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.*

## ARTICVLVS II.

### *An infantes morientes in peccato originali, puniantur pœna sensitiua ignis æterni?*

GRregor. Arim. in 2. d. 30. qu. 3. Driedo lib 1. de gratia trac. 3. c. 2. cum nōnullis alijs, quibus nuperrimè accessit Henricus de Noris in vindic c. 3. §. 5. respondent affirmatiuè. Primò qui. Fulgentius c. 17. de fide ad Petrum inquit, *Nullatenùs dubites, non solùm homines ratione vtentes, verùm etiam paruulos, si sine sacramento baptismi, de hoc sæculo transeunt, ignis æterni supplicio puniēdos.* Et D. Aug ser. 14. de verbis Apostoli, & alibi sæpe, cōsiderās illud Matth. 25. *Ite maledicti in ignem æternum* ait, hāc sententiam definitiuam esse fulminandam, aduersùs omnes extituros ad sinistram, in die finalis iudicij. Quia ergo hi pueri non erunt ad dexteram cum electis, neque dabitur tertius locus, erunt

cum

cum reprobis ad finiſtram, adeòque cadet in illos hæc ſententia ignis æterni.

2. Qui non eſt in libro vitæ, eſt in libro mortis, cùm non detur tertius liber prò neutris. Sed hi pueri non ſunt in libro vitæ, in quo ſoli electi ad cœlum continentur. Ergo ſunt in libro mortis, adeòque illis debetur ignis æternus, vt dicitur Apoc.20. *Vidi mortuos magnos, & puſillos ſtantes in conſpectu throni, & libri aperti ſunt, & apertus eſt liber vitæ, & qui non eſt inuentus in illo, miſſus eſt in ſtagnum ignis.*

3. Nullus peccator poteſt eſſe melioris conditionis in termino, quàm ſit in via. Sed hi pueri, ratione originalis sũt peccatores, & ideo dicuntur filij iræ. Ergo non poſſunt in termino eſſe melioris conditionis, quàm ſint in via. Sed in via puniuntur pæna ſenſus, eò quia afflictantur doloribus, morbis, & morte. Ergo etiam puniuntur pæna ſenſus in termino.

4. Dictum eſt in trac. de pęnit. veniale coniunctum cum mortali, puniri in ęternum pęna ignis. Sed originale eſt grauius veniali. Ergo à fortiori puniri debet pęna ignis. Aliter decedens cum originali, & actuali, non puniretur maiori pęna, quàm ſi decederet cum ſolo actuali, quod eſt abſurdum.

Concl. *Pueri decedentes cum ſolo peccato originali, ſolam pænam damni patientur.* Eſt D. Th. in 2. d. 33. q. 2. ar. 1. cum Magi-

ſtro, Bonauentura, Scoto, Aegidio, Vaſq. Amico, Gonet, Argentina, Gibbone, & communiter alijs.

Probatur primò ex cap. *Maiores* de baptiſmo, vbi hæc habentur, *Pęna originalis peccati eſt carentia viſionis Dei, actualis verò peccati pęna, eſt gehenna perpetuæ cruciatus*. Ergo iuxta definitionem Pontificis, qui fuit Innocentius Tertius ex nobiliſſima, & antiquiſſima Comitum familia, pęna ſenſus non correſpondet peccato originali, aliter nõ potuiſſet decerni tamquam propria peccati actualis, vt condiſtincti ab originali. Et confirmatur ex ipſo oraculo veritatis. Nã lib. 5. reuel. S. Brigittæ interrog. 6. q. 1. quæſito *cur alius infans moritur intra viſcera matris?* Reſpondit Chriſtus D. poſt aſſignatam phyſicam rationem. *Nec tamen propter hoc anima, quamuis ad viuificandũ corpus, longius tempus non acceperit, duriſſimis appropinquat ſupplicijs, ſed magis miſericordiæ mihi cognitæ. Sicut enim Sol irradians domum, nõ videtur vt eſt in pulchritudine, niſi à reſpicientibus cęlum, ſed ſolùm radij; ſic animæ talium, quamuis propter baptiſmi carentiam, non videant faciem meam, viciniùs tamen appropinquant miſericordię, quam pænæ, ſed non ſicut electi.* Neque obſtat, quòd carentia viſionis, licèt dicatur propria culpę originalis, tamẽ retribuatur etiam culpæ actuali; vnde videtur poſſe idem aſſeri de pęna ſenſus. Siquidem peccatum actuale,

le, cùm sit personale,& propriæ voluntatis, non solùm dicit conuersionem ad creaturam, sed etiam auersionem à Deo. Ergo ratione primæ meretur pęnam sensus, & ratione secundæ, priuationem visionis Dei. At peccatum originale, quia dicit solam auersionem à Deo, eò quia cum sit peccatum naturæ, & non propriæ voluntatis, non dicit conuersionem ad creaturas, ideo non debet habere pęnam debitam tali conuersioni. Pręterquamquòd cùm peccato actuali debeatur æternus cruciatus, qui non est cō-patibilis cum æterna felicitate, ideo non est separabilis à pęna damni. At pęna damni est separabilis à pęna sensus, vt patet in viatoribus. Ergo illam non trahit necessariò.

2. Pęna debet proportionari culpæ (& est argumentum D. Tho. loc. cit.) aliter reus non puniretur ad mensurā delicti, quod iustitiæ repugnat. Ergo pęnalis passio debet correspondere operationi peccaminosæ. Sed operatio peccaminosa talium infantium, non fuit per propriam actionem ipsorum. Ergo neque pœna debet esse per propriam ipsorum passionem.

3. Peccatum originale, quatenus habet rationem culpæ, non traducitur in posteros, per corruptionem, seu subtractionem alicuius, quod esset debitum humanæ naturæ, sed per solam subtra-

ctionem iustitiæ originalis indebitæ,
dictũ est disp.1.ar.4. Ergo nulla alia
na illi debetur, nisi priuatio illius fi
ad quẽ talis iustitia conducebat,& q
habens talem naturam assecutus fuis
tale donum superadditum, per inno
tiam capitis conseruasset. Cùm erg
lis finis esset sola visio Dei, carenti
ius visionis, est propria, & sola pœ
lis peccati, vt infert ibid. D. Thoma
4. Quod non est increpabile, &
perabile,non est punibile pœna posi
quæ est multò grauior, quàm illa,&
flagella,quibus cruciantur malefact
sunt veluti eorum exprobrationes.
originale peccatum non est increpa
& vituperabile, vt emphaticè asse
ab Aug.lib.de duab.an.c.11. eò qui
tari non possit. Ergo non est punil
pœna positiua. Et hæc est ratio,cur q
do infideles baptizantur, nulla illis
ponatur pœna prò originali.
5. Nullus princeps punit filios
duellium pœnapositiua,nisi & ipsi pr
voluntate cõsenserint delicto paren
quamuis per alligationem voluntat
cum illis, censeantur illorum volu
peccasse. Ergo multò minùs puniun
Deo, cuius misericordia super om
opera eius. Ergo licèt ipsi parentes
te puniantur, filij tamen non sub
nisi pœnam priuatiuam, nempe priu
nem feudi,&c. Idem dic in casu no

in quo pueri Adamo propria voluntate non consenserunt, licèt non potuerint eius voluntate non consentire.

Ad 1. Nego consequentiam. Et ad auctoritatem Augustiui,& Fulgentij sub eius nomine, respondent Scotus, & D. Bonauentura cum Mastrio in 2. disp. 4. q.6.ar.2. n.165. *Augustinum ibi de pœnis paruulorum esse excessiuè locutum; idque fecisse ad extirpandam illam hæresim, quæ dicebat, paruulos nullam culpam habere. Quare non est absolutè intelligendus, nam lib.5. in Iulianum c. 8. non audet dicere, quanta, & qualis sit futura pęna puerorum: & ep.28. ad Hyeron. ait, cùm ad pœnas ventum est paruulorum, mihi crede coarctor angustijs, nec quid respondeam prorsus inuenio.* Modestiùs respondet D. Thom. in 2.d.33. qu.2.ar.1.ad 1. *Dicendum, quòd supplicium non nominat in auctoritate illa pœnam sensibilem, sed solum pęnam damni, quę est carentia diuinę visionis; sicut etiam nomine ignis frequenter in scriptura, quęlibet pęna figurari consueuit,* vt probat q.5. de malo ar.2.ad 1. Tertiam responsioné habemus in cap. *Nulla* de consecrat d.4. vbi glossa inquit, *Et hęc carentia* (nempe visionis Dei, quam solam statuit prò pęna talium infantium) *est pęna ignis, de qua intelligendus est canon, firmissimè, desũptus ex Fulgentio.* Quibus adhærens Gonettus hic disp.7.ar.7. §. 4. n°188. inquit, *iuxta phrasim Scripturæ, & SS. Patrum, nomine ignis quamlibet pęnam significari, vt*

*docet August q.9. in Iosue, & patet ex illo psalm 65. Transiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Vnde quando idem S. Doctor, & alij Patres docent, pueros sine baptismo decedentes torqueri igne, metaphoricè loquuntur, & nomine ignis pœnam damni significant.* Quintò respondet noster Gibbo hic disp. 15. dub 2. ad 3. *Augustinum voluisse tantùm, hos pueros esse mittendos in locum ignis, seu in infernum, non vt ab igne torqueantur, sed vt ibi tamquam in carcere detineantur.* Et affert rationem, *Agebat enim contra Pelagium, qui cùm non admitteret in paruulis peccatum originale asserebat, eos non esse collocandos in cælo, neque in inferno, sed in tertia quadam mansione infima, in domo Dei, quod refutabat Augustinus.* Omnes hę responsiones sunt probabiles, sed magis arridet secunda D. Thomæ.

Ad illud de Iudicis finali sententia, Dico primò, esse quidem tales pueros vocandos in iudicium, iuxta testimonium illud 2. ad Cor. 5. *Omnes nos manifestari oportet, ante tribunal Christi*, non tamen illos esse iudicandos, iudicio discussionis, cùm nihil egerint iudicandum, neque iudicio approbationis, quatenus ab ipsis cum omnibus alijs, approbabitur vt iustissima, sententia Christi Io: 3. *Qui non credit, iam iudicatus est*, hoc est reprobatus à regno eius, vt docet Mastrius loco cit. (Hoc enim non esset iudicari, sed iudicare) sed solo iudicio determinatio-

tionis, quatenus illis assignabitur certus locus, in quo perpetuam sentiant pęnam damni, modo infra explicando, vel ad summum iudicio comparitionis, vt docet Aug 14. de verbis Apostoli, inquiens, *Comparebunt autem paruuli, vt cognoscant Christum vniuersalem iudicem à Deo constitutum*; vel iudicio submissionis, & adorationis, vt dicitur Actor. 10. *Vt coram illo genuflectant*. Deinde dico, etiam pueros comprehendi sub illa sententia, *Ite maledicti in ignem æternum*, non tamen quoad secundam partem, sed solùm quoad primã, in qua exprimitur pęna damni. Cum enim illis competere non possit illa exprobratio, *Esuriui, & non dedistis mihi manducare &c.* neque potest competere pęna illi correspõdens. Dico tertiò, pueros non esse trahendos ad gehennam ignis, & multò minùs esse Dęmonibus subijciendos, sed esse ituros ad limbum, vt docet D. Tho. 1. 2. q. 89. ar. 6. in lit. *Sed contra est, quia prò peccato originali puniuntur homines in limbo puerorum, vbi non est pęna sensus*. Et hic est tertius locus, præter infernum, & cęlum, quod confirmat alibi, vt mox videbimus. Præterquamquod non desunt qui dicant, post finale iudicium, hos pueros esse collocãdos, non quidem in loco aliquo subterraneo, qui dicitur limbus, sed in aliqua extrema terræ parte, vbi vitam perpetuò degant extrinsecè incorruptibiles, absq: vlla spe, assequendi cælestem beatitudi-

nem, non tamen doloribus, & pęnalitatibus obnoxij de quo plura infra.

Ad 2. Nego postremam consequentiam. Primò quia nomine ignis, exprimitur etiam pęna damni, vt dictum est Deinde quia aliquando per synecdochen nomine contenti, exprimitur continens, vt cum dicitur à Marone, *ia proximus ardet Vcalegon*, hoc est dom ipsius. Ergo per stagnum ignis, intel gitur locus subterraneus, in quo est gnis, licèt non denotet locum loci, ci ignis non occupet omnem locum subt raneum, sed solum infimum circa ce trum terræ, destinatum ad carceren damnatorum.

Ad 3. Nego vltimam consequentia Primò quia pueri in via, per accid puniuntur doloribus, & miserijs, qua nus videlicè contraxerunt naturam s liatam iustitia originali, qua ab i fuissent liberati. Deinde quia cùm via sint generationes, & corruptiones, ri non potest, vt luctantibus inter se trarijs, ex quibus constant, dùm trah tur ad interitum, corruptiuis non sub ceant. In termino autem quia cessab generationes, & corruptiones, ideo c ruptiuis non subiacebunt, sed erunt mortales, & impassibiles, non quiden intrinsecè, per virtutem aliquam sibi natam, vt erunt corpora beatorum, priuatiuè ex defectu agentium extrin corum, quæ virtute naturæ nihil pc

run

runt in illos, & si quid possent, id fieret ex ordinatione diuinæ iustitiæ, in vindictam scelerum actualium, quæ in illis non sunt. Tertiò post finale iudiciũ, omnes dęmones trudentur in gehennam, vnde ampliùs exire non poterunt. Ergo cessabunt eorum tentationes, & vexationes. Non tamen hi pueri erunt melioris conditionis, quia in via simul cum pęnalitatibus, habebant aptitudinem, & capacitatem proximam supernaturalis felicitatis, quam in termino non habebunt, quæ capacitas præponderat omnibus ærumnis, & miserijs temporalibus.

Ad 4. Nego minorem, cum D. Tho. in 2.d.33. q.2. ar. 1. ad 2. Quod quia videtur durum, refero fideliter eius verba, & sunt hæc, *Inter omnia peccata, minimum est originale, eò quia minimum habet de voluntario; non enim est voluntarium voluntate istius personæ, sed voluntate principij naturæ tantùm. Peccatum autem actuale, etiam veniale, est voluntarium voluntate eius, in quo est, & ideo minor pœna debetur originali, quàm veniali. Neque obstat, quòd originale non compatitur secum gratiam; priuatio enim gratiæ non habet rationem culpę, sed pęnæ, nisi inquantum ex voluntate est; vnde vbi minùs est de voluntario, minus est de culpa.*

Dices, veniali non debetur, nisi pœna temporalis; originali verò debetur pœna damni, quæ est æterna. Sed leuiori peccato non potest esse debita maior pœna.

Ergo originale non est leuius veniali.

Nego maiorem, cum eodem ibid. dicente, *Non obstat, quòd peccato actuali veniali temporalis pœna debeatur, quia hoc est per accidens, inquantum decedens in veniali, tantam habet gratiam, virtute cuius pena purgata est. Si autem veniale peccatum sine gratia in aliquo esset, perpetuam penam haberet*, vt nos probauimus in tr. de pen. Ad illationem respondet Gonettus, hic quòd moriens cum originali, & actuali læthali, habet maiorem penam damni intensiuè, eò quia illam habeat ex duplici titulo totali, quod putat in moralibus augere penæ intensionem. Sed quia pena damni est aliquod physicum, licèt priuatiuum, ideò hæc doctrina sustineri non potest, sicut non valet in materia de præmio beatitudinis, quod ex multitudine præcisa titulorum, non augetur intensiuè, vt alibi sæpe probauimus. Dico igitur, pœnam damni, licèt materialiter sit vna, & eadem in omnibus, quatenus dicit carentiam beatitudinis, secundùm puram extensionem duratiuam, non tamen formaliter sumptam esse omnibus æqualé, quatenus dicit annexam tristitiam, ex cognitione boni amissi, eò quia cùm hæc cognitio possit esse inæqualiter determinatiua ad tristitiam, ex maiori, vel minori boni amissi viuacitate cognitionis, ideo est inæqualiter cruciatiua; adeòque decedens cum duplici peccato læthali, non solùm dupli-

pliciter puniitur pęna sensus, sed etiam pęna damni, duplo magis cruciatiua. Et in hoc sensu posset etiam castigari doctrina allata, quatenus cùm hæc diuersitas habeatur solùm ex parte intensionis, pęna damni in casu allato esset intensiuè maior, non quidem ex duplici titulo, sed ex maiori tristitia, quam pareret. Quod si aliquis velit considerare pęnam damni, vt est formaliter carentia visionis beatificæ, dico, in illa non dari gradus. Sicut enim æqualiter punirentur per annihilationem, qui illam inæqualiter mererentur, ita & in casu allato de pęna damni.

## ARTICVLVS III.

### *Solunntur argumenta Patris Magistri Henrici de Noris.*

DOctissimus hic Pater, vt tueatur, D. Patrem Augustinum nullo modo excessisse, cum asseruit, pueros decedentes cum solo originali, puniendos in inferno à Dęmonibus pęna ignis æterni, licèt mitissima, in suis Vindicijs c. 3. §. 5. conatur probare, *hoc fuisse Catholicæ Ecclesiæ probatum dogma, communem antiquorum Patrum sententiam, & opinionem oppositam, Pontificum Romanorum, Synodorum, ac Patrum statutis planè aduersari,*

*vt ipse loquitur*. Eius argumenta reducuntur ad hæc, Primò quia etiam hi pueri venient ad finale iudicium. Ergo cùm non possint ad dexteram collocari, erunt ad sinistram. Sed omnibus existentibus in sinistra, dicetur à Christo, *Ite maledicti in ignẽ æternũ*, vt habetur Matth. 25. Ergo & hi pueri punientur pæna ignis æterni.

2. Paruuli per originale peccatum sunt traditi sub Dæmonum potestate, à qua non eruuntur, nisi per baptismum, & ideo consueuit Ecclesia, antequàm pueros baptizet, exorcismis, & exsufflationibus, Dæmones ab eorũ corporibus eijcere. Cùm ergo taliter morientes, remanserint sub Dęmonum potestate, ab illis trahuntur ad ignem æternum.

3. Pueris datur in via pæna sensibilis, propter solum peccatum originale. Ergo quia hoc remanebit in termino, dabitur etiam pæna sensibilis æternum duratura, eò quia pænæ temporales huius vitæ, non sint sufficientes, ad satispatiendum prò macula originali.

4. Peccatum originale est causa, vt homines nascantur filij iræ, & Deo infensi. Sed non possunt esse filij iræ, nisi sint filij vindictæ, pęnæ, & gehẽnæ, vt gradatim intulit Aug. tract. 44 in Io. Ergo nascutur filij pænæ, & gehennæ, quam illationem exaggerans supra laudatus auctor, inquit, *Pueri sunt rei eiusdem omninò peccati, quod commisit Adam, ita vt crimen, quod in Adamo fuit actuale, euaserit*

*rit in posteris originale. Ergo sicut in Adamo peccatum actuale punitum fuit, inflictione pęnæ sensibilis, etiam in posteris poterit eodem supplicio castigari.*

5. Pueri ex meritis Christi habebunt in termino bona corporis, si moriantur in gratia. Ergo si moriantur in peccato, habebunt pænam corporis ex demeritis Adæ, cùm sit vtrobique par ratio.

6. Ipsa carentia visionis beatificæ est per se dolorifera, cùm sit priuatio sũmi boni, & debiti. Ergo etiã ex hoc capite, puniëtur pueri pæna sensus, eòipso quòd exulabunt in æternum e sede beatitatis.

Sed hæc argumenta, quæ magno cum apparatu, proferuntur in medium, vt auferant locum medium puerorum, non tenent locum medium veritatis; atque adeo cùm trahant secum excessum in præsuppositis, non possunt vindicare ab excessu, assertores pænæ sensibilis puerorum. Vt autem appareat, quàm longè distent à medio veritatis, bona venia viri mihi amicissimi, & summo pretio habiti, ob singularem eius doctrinam, & omnigenam eruditionem, auctoritate insignium theologorum, & præcipuè D. Thomæ, qui fuit addictissimus Augustino, & quem iure dixeris eius secretarium, omnia singillatim solo prosternam, postquàm breuiter ostendero quid senserint Patres de hac difficili quæstione, & quis fuerit sensus Romanorum Pontificum, vt hinc appareat, vera sententia, *spectet ad* dog-

*dogma Catholicæ Ecclesiæ, vel aduersetur statutis Pontificum, Synodorum, ac Patrum,* vt ipse pro sua protestatur.

Agmen ducat D. Thomas Aquinas, qui ob excellentiam doctrinæ, dicitur scholarum angelus, prima 2. q. 89. ar. 6. in littera inquiens, *Sed contra est, quia prò peccato originali puniuntur homines in limbo puerorum, vbi non est pęna sensus. In inferno autem detruduntur homines, propter solum peccatum mortale. Ergo non erit locus, in quo possit puniri ille, qui habet peccatum veniale, cùm solo originali.* Ex quo concludit, fieri non posse, vt aliquis moriatur in originali, cum solo actuali veniali. Et quia sæpe ab aliquibus Patribus dicitur, huiusmodi pueros detrudendos in infernum, ideo sanctus Doctor in 3. d. 22. q. 2. ar. 1. ad 2. quæst. ait, *Quadruplex est infernus, vnus est infernus damnatorum, in quo sunt tenebræ, & quantum ad carentiam diuinæ visionis, & quantum ad carentiam gratiæ, & est ibi pœna sensibilis, & hic infernus est locus damnatorum. Alius est infernus supra illum, in quo sunt tenebræ, & propter carentiam diuinæ visionis, & propter carentiam gratię, sed non est ibi pęna sensibilis, & dicitur limbus puerorum. Alius supra hunc est, in quo sunt tenebrę quantum ad carentiam diuinæ visionis, sed non quantum ad carentiam gratiæ, sed est ibi pęna sensus, & dicitur purgatorium. Alius magis supra est, in quo est tenebra quantum ad carentiam visionis, sed non* quan-

*quantum ad carentiam gratiæ, neque est ibi pœna sensibilis, & hic est infernus sanctorum patrum.* Vtrumque hoc testimonium est adeo clarum, vt non indigeat expositione.

Illi concinunt Gregorius Nyssenus in orat. de infantibus, inquiens, *Immatura mors infantium demonstrat, neque in doloribus, & mæstitia futuros esse eos, qui sic viuere desierunt*: D. Bernardus ser. 3. de resur dicens, *Tolle propriam voluntatem, & non erit infernus. Nihil ardebit in inferno, præter propriam voluntatem, quæ* in his pueris non fuit: Ambros. in ep. ad Rom. 5. *Est & alia mors, quæ secunda dicitur, quam non peccato Adæ patimur, sed eius occasione, proprijs peccatis acquiritur.* Idem sensere Magister, & Chysostomus penès Gonettum, qui proinde hic disp. 7. ar. 7. §. 2. in fine exclamat, *Ex his sanctorum patrum testimonijs, & vnanimi ferè theologorum scholasticorum consensu, hoc argumentum euidens, in fauorem nostræ sententiæ potest deduci. Damnatio infantium ad ignem æternum, tàm repugnans videtur clementiæ Dei, & rationi, vt non sit asseren- [illegible] nisi euidenter ex diuina traditione ha- [illegible] Sed nullam fuisse talem traditionem, [illegible] ost [illegible] testimonia Innocētij III. [illegible] ni, Nysseni, Chrysosto- [illegible] adducta, necnon v- [illegible] theologorum schola- [illegible] entis circiter annis* [illegible]

His

His accedit Scotus in 2.d.33.q.vn.quẽ sequuntur turmatim eius discipuli,& plurimi alij, vt refert Mastrius in 2.disp 4. q. 6. in procemio n.155. dicens, *Tertia sententia media, & communissima inter catholicos est, pueros ob originale peccatum puniendos esse pęna damni, nulla tamen pęna sensus. Ita D.Bonauentura, Scotus, & D.Th. cum alijs antiquioribus vtriusque scholę, & recentiores passim, Suarez, Vasquez, Becanus, Turrianus, Salas, Auersa, Lezana, Hacquetus, Arriaga, Ouiedus, Amicus, Vulpes, Gauatius, & alij passim.* Et articulo primo, postquam statuit hanc conclusionem n. 159. *Dicendum secundò, paruulos in limbo nullam pati pęnam ignis, nec post diem iudicij passuros alias corporis afflictiones*, inquit, *Hęc est communis apud auctores tertię sententię medię, quam inquit D. Bonauentura, omnes Magistros magis approbare communiter, & Scotus illam sententiam magistrorum appellat.* Ergo sententia opposita non fuit *communis antiquorum patrum, & multo minùs catholicę Ecclesię probatum dogma, vt asserit Noris.*

Postremum non tenet locum noster doctissimus Augustinus, Gibbo, qui disp. 15.in 1.2.dub.2.n.4. hæc habet *Tertia sẽtentia communior, & probabilior asserit, tales pueros nulla pęna ignis, aut interna tristitię de amissà beatitudine esse affligendos. Ita Magister in 2. d.33. Bonau. ar.3. q.1.& 2. D.Tho.ibid.q.2.ar.1. & q. 5. de malo ar. 2.& 3. Scotus q.vn. Aegid.q.2.ar.2.Capreol. q. vn.*

*q. vn.ar.1. Argentina ar.3. Azor.c.37.qu.2. Vasq. Curiel, Lorca, Salas, Amicus, Ouiedo. noster mag. Bernardinus, & alij.* Ergo ex capite auctoritatis,est multò probabilior, & communior nostra sententia, quàm opposita. Atque adeo non video, quomodo possit sustineri, quòd nostra sententia aduersetur statutis Pontificum, Synodorum, ac Patrum, præsertim cùm Augustinus, qui magnum pondus adderet sententiæ oppositæ, facillimè trahatur ad nostrum sensum, vt vidimus ar.2. cum D. Tho. D. Bonau. Scoto, Aegidio, & alijs, quorum doctissimis expositionibus facilè etiam trahuntur Africanæ Synodi, Gelasius, Gregorius, Auitus, Isidorus, Anselmus, & quicumque alij recensentur ab Aduersario. Siquidem nomine ignis, & cruciatus, exprimitur aliquando etiam pęna damni, vt supra considerauimus. Nec mirum, quòd pęna negatiua exprimatur per positiuam, cùm æquè vtraque conduceret ad intentum. Cùm enim Pelagiani negarent quamlibet pęnam, decedentibus absque peccatis actualibus, vt expungerent peccatum originale, sola pęna damni sufficiebat, ad illud reponendum, vt simul euanesceret fictitius ille felicitatis æternæ locus, quē illis Pelagiani statuebant. Quamuis ergo non admittam quod dicunt Scotus, & Bonauentura, penès Mastrium hic nu. 167. *Augustinum de pœnis paruulorum esse excessiuè locutum, sicut frequenter faciunt sācti;*

sti: tamen admitto quod addit, nempe vsurpasse hæc nomina positiua, *ad extirpandam illam hęresim, quæ dicebat, paruulos nullam culpam habere, & ita nullam pœnam.*

Ad 1. Nego postremam consequentiam. Rationem affert D.Tho. in 4.d.47. q.1.ar.3.ad 3. his verbis, *Dicendum quòd etiam pueri ante perfectam ętatem decedentes, in iudicio comparebunt, non autem vt iudicentur, sed vt videant gloriam Iudicis.* Nisi velimus respondere cum Mastrio hic n.166. tale iudicium esse faciendum *prò solis adultis, damnatis ob proprias culpas actuales, vt ex ipso textu colligitur; reddens enim ibi causam Christus Dominus, cur qui sunt à sinistris, in ignem ęternum sint ituri, inquit, esuriui, & non dedistis mihi manducare &c.* quæ pueris conuenire non potest. Quòd si Aduersarius contendat, hoc sustineri non posse, propter celebres auctoritates, quòd omnes ad iudicium sint vocandi, respondet idem ibidem inferiùs n.167. pueros non esse vocandos ad iudicium discussionis, sed solùm ad iudicium approbationis, vt videlicèt ab omnibus, vt iustissima, approbetur sententia Christi, in qua quoad priores partes, *discedite à me*, quæ exprimunt pęnam damni, inquit omnes comprehensum iri, qui sunt à sinistris, non autem quoad aliam partem, *in ignem ęternum*, quæ exprimit pęnam sensus, quæ solùm infligetur adultis, ob actuale peccatum.

Ad 2.

Ad 2. Nego consequentiam. Et vt euidenter appareat eius falsitas, considero quænam fuerit potestas dæmonum in Adam post peccatum, & quæ remanserit in pueros non baptizatos. Hæc autem non potuit esse per physicam Dæmonum inhabitationem, vt accidit obsessis, & energumenis, aliter non solùm Adam fuisset ænergumenus, sed omnes infideles essent tales, quod vt absurdum etiam ab Aduersario exhibilatur. Neque potuit esse per physicam traditionem ad cruciandum, eo modo quo damnati fuerunt traditi Dæmonibus cruciãdi, vel à Principibus traduntur carnifici rei, vt morte, seu verberibus puniantnr. Siquidem cùm Dæmones acerbissimo odio homines prosequantur, & Aduersario teste, *sint Phalaride, Dyonisio, Maxentio, & quocumque alio tyranno crudeliores*, numquam cessarent à cruciandis infidelibus, illosque etiam occiderent, vt secum raperent, quod experientia discimus esse falsum, cùm plerumque infideles, præ Christianis, sensibilibus voluptatibus perfruantur, & nũquam sentiãt huiusmodi dæmoniacas pænalitates. Quod si infideles adulti, qui peccato originali tot actualia superaddunt, non traduntur Dæmonibus taliter affligendi, quantò minus pueri, qui soli originali sunt obnoxij? Neque potuit homo subijci vt mancipium, seu vt captiuus in bello. Quamuis enim verè fuerit victus primus homo; quia tamen bel-

lum

lum fuit iniustum, & insidiosum, ideo Dæmon victor, non acquisiuit plenum ius in illum, vt de illo despoticè disponeret, sed solum limitatum, vt fusè expendimus in tr. de Incarnatione. Neque vt subditus Principi, quia cùm Deus sit supremus dominus omnium creaturarum, nec possit spoliari dominio, potest quidem Dæmon, vt Dei minister, & ad eius imperium, vexare hominem, sicut sæpe vexauit etiam sanctos, non tamen ad suũ libitum, & iure propriæ potestatis. Neque demum vt filius Patri, seu vt vxor viro, seu vt effectus causæ, vt per se patet. Ergo superest, vt hæc dæmonis potestas in hominem, sit veluti legalis, quatenus homo deuiando à Deo, se spontè fecerit Dæmonis famulum, in cuius pænam iustissimè Deus permittat, vt eius deceptionibus subiaceat, quoadusque scelera sceleribus cumulando, infensus Deo moriatur, & ab eodem in tartarum trahatur, vt explicatur à Io. Baccono in 2. d. 39. q. 1. quem ibidem laudat Aduersarius.

Neque obstat, quòd per exorcismos dicatur expelli Dæmon, quod videtur sonare inhabitationem præuiam. Sicut enim cum dictũ fuit de Magdalena, quòd Christus eiecerit ab illa septem Dæmonia, debent intelligi septem capitalia vitia pro Demonibus; ita peccatum sæpe numerò Dæmon nuncupatur, quatenus ab illo traxit originem, & per illũ dilata-

ta-

tatur; Et ideo per exorcismos curat Ecclesia, vt eijciatur à pueris peccatum originale, dispositiuè quidem per ipsos exorcismos, & formaliter per gratiam baptismo conferendam. Præterea cùm pueri numquam propria voluntate peccauerint, non potuerunt se liberè tradere Dæmonis famulatui; adeòque aliam sub illo seruitutem non patiuntur, nisi quatenus propter culpam originalem, à cęlo exclusi, & Deo infensi, extrinsecùs vexantur à Dæmone, non verberibus, & cruciatibus, sed agitatione parẽtum, nè ab illis, vel per illos baptizentur, sicut adulti vexantur tentationibus, vt actualiter peccent, docente D. Gregorio lib. 26. moralium cap. 20. *Nunc homines non tenendo possidet, sed tentando persequitur. Nam quia non in eis intrinsecùs regnat, contra eos pugnat extrinsecùs; & quia intus dominium perdidit, bella molitur foris*, vt explicui in tr. de incarnatione.

Ad 3. & 4. Respondimus ar. 2. ad 3.

Ad 5. Nego consequentiam, cùm bonum possit ad libitum liberaliter tradi, etiam intuitu alieni meriti, non verò malum positiuum, vt ibi probauimus.

Ad 6. Patebit responsio ex mox dicendis ar. sequenti.



AR-

# ARTICVLVS IV.

## *An pæna damni sit pueris dolorifera?*

VIdetur esse, vt inter alios, acerrimè contendit supra impugnatus Henricus De Noris, qui vt suam opinionem propugnet de pæna positiua puerorum, decedentium absque baptismo, etiam ex pæna damni, argumenta deducit, quorum primum trahit ex Aug. qui lib. 3. operis imperfecti c. 99. aduersùs Pelagianos hæc habet, *In regnum Dei non intrare imaginem Dei, nullam esse contumeliam putatis, ipsum regnum etiam sic amatis, vt non ibi esse, non saltem leuem pœnam credatis hominis esse, sed nullam.* Quod idem repetit lib. 3. con. Iul. c. 3. & lib. 5. c. 1. & lib. 6. c. 4.

2. Tales pueri decedunt in peccato, & sunt verè peccatores, & filij iræ, & cognoscent, se in æternum permansuros in tali statu. Ergo vel amabunt talem statum, vel non? Si primum, ergo assiduò peccabunt, cùm amare peccatum, sit peccatum; adeòque per hoc ipsum merentur pænam positiuam. Si secundum, ergo coguntur inuiti, permanere in statu, quem oderunt, quod est illis molestissimum, & pænale.

3. Vel habent aliquem finem naturalem, in cuius possessione quiescant, vel non?

non? Non potest dici primum, quia hic finis vel erit creatura, vel Deus? Non creatura, quia per hoc ipsum auerterentur à Deo, adeòque peccarent, quod illis augeret motiuum tristandi. Neque Deus, quia illum amarent, & amarentur ab illo, quod de inimicis Dei verificari non potest, super quibus manet ira Dei. Ergo est verum secundùm, quòd nullũ habeant finem naturalem, adeòque erunt in æternum exclusi, à possessione vltimi finis, sibi naturaliter debiti, quod pariet illis summam tristitiam, & miseriam.

4. Hi pueri, resumptis corporibus habebunt potentiam visiuam expeditam ad visionem, quam numquam poterunt ad actum reducere, propter defectum lucis, eò quia sint detrudendi, tamquam in carcerem, in locum tenebrosum. Sed necessitas carendi actu, sibi naturaliter debito, est valde molesta, & contristatiua. Ergo habebunt tristitiam, & dolorem, quibus cruciabuntur.

5. Habebunt etiam effrænem concupiscentiam, propter defectũ iustitiæ originalis. Ergo cùm illam explere non possint, ex defectu obiecti coucupiscibilis, assiduò cruciabuntur, ad mensuram delectationis, quam perciperent, si explerent, cùm fieri non possit, vt carentia boni delectabilis amati, non sit molesta, vt patet experientia.

6. Habuerunt in Adamo aptitudinẽ, ad assequendam æternam beatitudinem.

Ergo

Ergo eius amiſſio, vt boni debiti, erit illis contriſtatiua, docente Chryſoſtomo, hom. 33. in Matth. *Excludi à bonis ęternis, & alienum eſſe ab ijs, quæ pręparata ſunt iuſtis, tantum generat cruciatum, tantum dolorem, vt etiamſi nulla extrinſecùs pęna torqueret, hęc ſola ſufficeret.*

Concluſio, *Pęna damni nullam pariet triſtitiam, aut dolorem pueris decedentibus in originali*. Eſt in terminis D. Thomæ in 2. d. 33. q. 2. ar. 2. quem ſequuntur Gonettus, Gibbo, & communiter Thomiſtę, quibus accedunt D. Bonau. Scotus, Vaſq. Suar. Leſſius, Arriaga, Maſtrius &c.

Probatur 1. Triſtitia non poteſt eſſe, niſi de his, quæ nobis inuitis, & reluctantibus accidunt, vt patet experientia, & egregie probat Eſparſa in lib. de paſſionibus q. 25. ar. 3. ex Philoſopho, & D. Tho. docente Aug. lib. de nat. boni c. 20. *In animo dolorem facit voluntas reſiſtens poteſtati maiori*. Ergo ſi pueris deriuaret triſtitia ex pæna damni, eſſent inuiti, & reluctantes diuinæ diſpoſitioni illam infligenti, edeòque non conformarentur diuinæ voluntati, & haberent voluntatem deordinatam, à qua adigerentur ad exprobrandum Deum, quòd tali pæna illos mulctaret, & per conſequens aſſiduò peccarent, quod dictis repugnat, eò quia cùm hoc eſſet actuale peccatum, per hoc ipſum mererentur pænam poſitiuam illi proportionatam, quamuis eſſent in termino,

no,

no, quod est absurdum. Præterea quia, non possunt habere spem, acquirendi hoc bonum, cuius amissione tristarentur, eius dolor esset maximus, & inamissibilis, cũ summa illo carendi desperatione coniũctus, adeoq; esset maxima omnium sensibilium pęnarum, quas patiuntur in inferno damnati. Sed hi pueri non possunt habere in termino vllam inordinatam, voluntatem actualem, aduersùs diuinam dispositionem, quam actu numquam habuerunt in via. Ergo non possunt habere talem tristitiam, seu dolorem.

Deinde (vt docet D. Thom. loc. cit.) *Recta ratio non patitur, vt aliquis perturbetur de eo, quod in ipso non fuit vt vitaretur, propter quod Seneca probat, quòd perturbatio in sapientem non cadit. Sed in pueris est ratio recta nullo actuali peccato obliquata. Ergo non turbabũtur de hoc, quòd talem pęnam sustinent, quam vitare nullo modo potuerunt.*

3. Cognitio quòd euaserint æternos gehennæ cruciatus, quos facilè mereri potuissent, si ad ætatem adultorum peruenissent: & quod ęternùm sint victuri longè à doloribus, & miserijs corporalibus, ita retundit cognitionem amissæ beatitudinis supernaturalis, quæ est in talibus pueris, solùm imperfecta, & abstractiua, vt non possit illos ad tristitiam excitare, vt docet D. Bonau. in 2. d. 33. ar. 3. q. 1. præsertim cùm se videant naturalibus affatim communitos. Ergo non tristantur.

cælo, ita vt esse extra cælum, non illis vllam pariat pęnam, illi sufficiebat euincere, carentiam perpetuam beatitatis ęternæ, esse maximam pęnam, non tamen positiuam, sed purè priuatiuam, vtpotè boni debiti. Ergo ad sentiendum cum Aug. contra Pelagianos, sufficit dicere, tales extra cælũ non fruituros beatitudine, sed subituros pęnam æterni damni, exploso tertio illo loco fictæ beatitudinis, vt patet ex ipso textu, qui proinde nihil facit contra nos.

Ad 2. Dico, tales pueros amare quidem suum statum, quatenus illis designatur à diuina iustitia, non tamen amare originale peccatũ, quod fuit eius causa. Sicut enim amamus aduentum Redemptoris, non amato peccato Adæ, quod fuit eius causa, vt diximus in tr. de inc. & amamus pęnitentiam, non amato peccato, sine quo non esset, ita pueri vt se conforment cum diuina voluntate, amant pænam, vt iustè sibi inflictam, non amata causa inflictionis, quam potiùs oderunt, odio tamen speculatiuo, & non practico.

Ad 3. Dico, hos pueros cognoscere Deum, illumque amare amore naturali, vt authorem naturæ, & finem naturalem, & redamari à Deo, non quidem, vt peccatores, sed vt homines, & vt opus manuum suarum, quibus contulit, & conseruat multa bona naturalia. Ergo possunt in eius imperfecta possessione im-


perfectè quiescere, vt optimè docet D. Thomas ibidem ad 5. inquiens, *Dicendum, quòd quamuis pueri non baptizati, sint separati à Deo, quantùm ad illam coniunctionem, quæ est per gloriam, non tamen ab eo sunt penitus separati; immò sibi coniunguntur, per participationem naturalium bonorum, & ita etiam de ipso gaudere poterunt, naturali cognitione, & dilectione.*

Ad 4. Dico, posse Deum prouidere illum luce sufficienti, ad operationes vitales, independenter à Sole, vel per lucē innatam, vt videmus in multis gemmis, & igne, vel fortificando oculos talium puerorum, vt videant etiam in tenebris, vt feles, vel alio modo sibi possibili, licèt nobis mirabili, & inscrutabili. Ergo hic locus erit quidem carcer detentiuus, non tamen pęnalis, & cruciatiuus per se.

Ad 5. Nego antecedens. Cùm enim post diem finalis iudicij, sint omninò tollendæ rerum generationes, & corruptiones, non erit stimulus carnis, seu fomes, de quo querebatur Apostolus, relictus ad agonē in via, & qui in termino non posset esse, nisi pænalis, miraculosè relictus ad torquendum, quod nequit dici, nisi temerè, & absque vllo fundamento. Præterquamquòd cùm statutum fuerit, tales pueros nulla sensibili pęna puniendos, si concupiscentia non erit, nisi sensibiliter pęnalis, tales pueros non afficiet.

Ad 6. Nego antecedens cum D. Tho. loc. cit. in corp. hæc habente, *Pueri autem num-*

*numquam fuerunt proportionati ad hoc, quòd vitam æternam haberent, quia nec eis debebatur ex principijs naturæ, cùm omnem facultatem naturæ excedat, nec actus proprios habere potuerunt, quibus tantum bonum cõsequerentur. Et ideo nihil omninò dolebunt de carentia visionis diuinæ. Immò magis gaudebunt de hoc, quod participabunt multum de diuina bonitate, & perfectionibus naturalibus.* Quòd si aliquis illi obijciat, potuisse per alios baptizari, adeòque habuisse aptitudinem ad beatitudinem, cuius proinde carentia doleant. Respondet, *Hoc enim est superexcedentis gratiæ, vt aliquis sine actu proprio præmietur. Vndè defectus talis gratiæ, non magis tristitiã causat, in pueris decedentibus non baptizatis, quàm in sapientibus, quòd eis multæ gratiæ non fiunt, quæ in alijs similibus factæ sũt.* Et in resp. ad 1. ait, *In damnatis prò culpa actuali, qui vsum liberi arbitrij habuerunt, fuit aptitudo ad vitam æternam consequendam; non autem in pueris, & ideo non est similis ratio de vtrisque.* Videatur D. Tho. in loco citato, nam funditùs exhaurit hanc difficultatem, vnde solo prostrantur omnia hæc argumenta.



# ARTICVLVS V.

## *An pueri sine baptismo decedentes, post finale iudicium, sint in aliquo delicioso loco locandi?*

VIdentur non esse, vt idem Noris cõtendit, Primò quia Africana Synodus Carthagine congregata, hæc definit, *Siquis dicit, ideo dixisse Dominum, in domo patris mei mansiones multę sunt, vt intelligatur quia in regno cælorum erit aliquis medius, aut vllus alicubi locus, vbi beatè viuant paruuli, qui sine baptismo ex hac vita migrarunt, sine quo in regnum cęlorum, quod est vita æterna, intrare non possunt, anathema sit.* Cui Adhærens Aug. lib de orig. an. c. 9. inquit, *non baptizatis paruulis nemo promittat, inter damnationem, regnumque cælorum, quietis, vel felicitatis cuiuslibet, atque vbilibet quasi medium locum. Hoc enim eis etiam hæresis Pelagiana promisit.* His addit sententiam quindecim Episcoporum Bizacenæ Prouinciæ in Sardinia congregatorum, statuentem, hos pueros interminabilibus ignis æterni cruciandos pœnis: & Fulgẽtij dictum illi conforme de fide ad Petrum, & Gelasij Papæ testimonium in ep. ad Episcopos Piceni, aduersùs Senecam Pelagianum, inquiens, *De paruulis an-*

*Autem quod asserit, sine baptismo, prò solo originali peccato nō posse damnari, satis impia, satis prophana propositio est.* Et deinde introducit eumdem sic concludentē, *Tollant ergo de medio nescio quem ipsi tertium, quem decipiendis paruulis faciunt locum.* Ergo non erunt in tali loco delicioso.

2 Anselmus lib. de concept. Virg. c. 22. hæc habet, *Post diem iudicij, nullus erit angelus, aut homo, nisi aut in regno Dei, aut in inferno.* Sed infernus non est locus deliciosus. Ergo &c. Cui addit Isidorum, Gregorium, Aebredum, Ariminensem, & plures alios, asserentes, hos pueros in æternum puniendos in inferno.

Conclusio, *Probabile est, pueros decedentes absque baptismo, post finale iudicium, esse à Deo collocandos in aliqua subterranea mundi parte, in qua perpetuò exulent e loco beatitudinis, nullis tamen afficiantur doloribus, longè à Dæmonum incursionibus.*

Hæc conclusio euidenter probatur ex dictis vsque adhùc, & præcipuè ar. 2. 3. & 4. huius disp. & ideò nihil remanet, nisi illam explicare. Vidimus ar. 3. ex D. Tho. esse quatuor loca subterranea, nempe infimum prò Angelis prauis, & adultis damnatis: alium illi proximum prò decedentibus, cum solo originali: tertium purgatorium: & quartum limbum sanctorum patrum. Certissimum autem est, limbum sanctorum, post resurrectionem Christi, non esse ampliùs

necessarium, cùm decedentes in gratia, statim adeant cælum, nisi aliquid purgãdum remanserit in tertio loco. Hic autem tertius locus, post finale iudicium, nullum habebit vsum, eò quia cessantibus hominnm generationibus, nullus ampliùs mittetur in purgatorium, & omnes illi, qui inuenientur in illo, transibunt cum alijs, & cum Christo in regnum cælorum. Ergo non remanebunt, nisi duo loca subterranea, cum suis habitatoribus, nempe gehenna prò damnatis, & limbus prò pueris. Quia tamen tàm pueri, quàm damnati, resumptis corporibus, indigebunt maiore loco, ideo probabilissimum iudico, quòd solus limbus Sanctorum relinquetur prò pueris, & alia tria loca inferiora, fient vnus locus prò carcere damnatorum.

Ad hoc dicendum adducor primò, quia cùm communiter asseratur, hos infælices pueros esse locandos in limbo, & cùm non possit intelligi prò limbo, secundus locus proximus gehennæ, vbi defacto detinentur, vsque ad finale iudicium, iuxta distributionem allatam ex D. Thoma; aliter alia duo loca superiora remanerent otiosa per totam æternitatem, ideo censeo, hunc limbum esse incorporandum cum gehenna, simul cum purgatorio, & quartum locum omnium supremum, qui fuit limbus sanctorum patrum, esse futurum locum puerorum. Quòd si dicatur, illos remansuros in secundo loco.

co, & alia duo ſuperiora eſſe incorporanda cum gehenna, ne remaneant otioſa, iam limbus puerorum, eſſet circumquàque clauſus gehenna, quod non videtur congruum, non ſolùm quia carcer ille teterrimus damnatorum, interrumperetur limbo, & ſic non eſſet vnus, ſed duo; ſed etiam quia damnatis debetur inferior locus, & non ſuperior loco puerorum, quibus non debetur pęna ſenſus. Ergo cùm hęc loca ſubterranea ſint ita diſpoſita, vt vnus ambiat alium, congruentius eſt, quòd locus ſupremus deſtinetur ijs, qui minùs peccarunt, quàm e contra. Quòd ſi recedamus à diſtributione Diui Thomæ, & ponamus purgatorium in ſecundo loco, & in tertio limbum puerorum, poterunt hi remanere in ſuo loco, ita vt purgatorium fiat vnũ cum gehenna, & limbus puerorum extendatur ad totum locum ſanctorum patrum, ita vt vterque locus fiat capacior, ad recipiendas animas corporibus reſtitutas.

Secundò quia hoc modo optimè ſaluantur locutiones ſcripturarum, & Patrum, paſſim dicentium, hos pueros, vtpote ineptos ad cæleſtem beatitudinem, eſſe mittendos in infernum. Cùm ergo nomine inferni, intelligantur omnia loca ſubterranea, nec poſſit pro pueris ſtatui infimus locus, vt ſupra probauimus, ſupereſt, quod intelligatur omnium ſupremus, proximus terræ ſuperficiei, in

melius commutatus, vt exposuimus.

Tertio sæpe probauimus in cursu philosophico, post finale iudicium, omnia elementa esse reditura ad propria loca, in quibus ab initio fuerunt condita. Atque adeo quia aqua fuit condita supra totam terram, & aer supra aquam, sicut ignis supra aerem, remanebit terra circumquaque aquis vallata, vnde reddetur inhabitabilis, saltem hominibus, alijsque terrestribus, & aereis animantibus. Vnde sæpe deduxi argumentum non contemnendum, ad aliqualiter diuinandum tempus finalis iudicij, iuxta prophetiam Isaiæ c. 40. *Omnis vallis exaltabitur, & omnis mõs, & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in vias planas, & reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro, quia os Domini locutum est.* Quæ verba clariùs referuntur, appropriata ad nostrũ intentum, in Euangelio Lucæ c. 3. *Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur: & erunt praua in directa, & aspera in vias planas: & videbit omnis caro salutare Dei.* Super quem locum ita ratiocinor, Deus ab initio creauit terrã circumquàque aquis circumdatam, ita vt esset inhabitabilis. Vt autem eam redderet habitabilem, maximã eius partem erexit in montes, relictis vallibus, alijsque vacuitatibus, in quibus coercuit aquas, vt dicitur Gen. I. *Congregentur aquæ, quæ sub cælo sunt, in locum vnum, & appareat arida; & vocauit Deus aridam,*

con-

*congregationesque aquarum appellauit maria*. Quia tamen hoc fecit, vt habitaretur terra, ideo hæc dispositio nō fuit facta, vt duraret in æternum, sed solùm ad tempus, qumdiù videlicèt electi ad cælum, repararent ruinas angelorum. Ergo illis reparatis, debent aquæ redire ad suū locum, & occupare totam extimam terræ superficiem, quam subiectam tenebunt in æternum, vt integer conseruetur ordo elementorum. Et ideo videmus, quòd paulatim finali appropinquante iudicio, in quo cessabunt rerum generationes, partim ventis, partim aquarum violentis inruptionibus, terremotibus &c. mōtium vertices deprimuntur, fluuiornm, marisque aluei attolluntur, ipsæque valles, terræ, saxorumque eluuionibus complanantur. Quando ergo omnes montes, & colles fuerint humiliati, & valles repletæ, redeuntibus elementis ad sua loca, tunc videbit omnis caro salutare Dei, nempe filium hominis, homines finaliter iudicantem. Atque adeo nisi pueri velut pisces innatent aquis, non poterunt extimam terræ superficiem habitare. Vnde concludendum est, prò illis aliquem locum subterraneum esse à supremo Iudice destinandum, iuxta distributionem accommodam, quam tradidimus cum D. Thoma.

Neque obstat, quod in libris de cælo, & alibi supposuimus, huiusmodi pueros esse collocandos, post finale iudicium,

in extima terræ superficie, in melius cõmutata. Primò quia cùm de hoc nihil certi habeamus è sacris paginis, in illã partem potuimus inclinare. Atque adeo quicumque vellet hanc sententiam propugnare, posset asserere, in reditu elemẽtorum ad propria loca, esse præseruandam à Deo, altissimam aliquam terræ partem, immunem ab aquis, in qua hi pueri collocentur. Deinde quia à nonnullis asseritur, terrestrem paradisum, speciali Dei prouidentia, non fuisse Noetici aquis diluuij deuastatum, sed adhùc incolumem conseruari, illumque fuisse à Deo prò his pueris destinatum, quamuis re maturè considerata, hanc opinionem in præsenti non prosequamur.

Ad 1. Nego consequentiam. Ad auctoritatem Synodi Africanæ, patet responsio ex ipso canone, qui cum damnet solũm collocantes hos pueros, in aliquo medio loco regni cęlestis, in quo participent de cælesti beatitudine, impertinenter se habet ad casum nostrum. Ad Augustinum, aliosque Episcopos Bizacanæ prouinciæ, satis, superque respondimus ar. 2. & 3. vbi etiam respondimus ad Fulgentium, Ariminensem, aliosque sententiæ oppositę. Auctoritas Gelasij Papę contendit solùm contra Pelagium, hos pueros damnari perpetua exclusione à regno cęlesti, non autem pęna positiua. Ergo nihil valet contra nos.

Ad 2. Patet responsio ex supradictis, quan-

quando cum D. Thoma, alijsque quam plurimis classicis auctoribus, probauimus, nomine inferni intelligi omnem locum subterraneum, in quo præter pænam damni, non solum pueri carebunt omni pæna positiua, sed multis etiam fruentur voluptatibus, statui congruentibus.

## ARTICVLVS VI.

### *An primi parentes peccauerint per ignorantiam? Vbi de eorum tentatione, & peccato.*

VIdentur peccasse, Primò quia omnis peccans est ignorans, vt dicitur 3. ethic. & nos sæpe supposuimus vt verissimum, ex D. Tho. Ergo non potuerunt peccare, nisi ex ignorantia. 2 Primi parentes potuerunt decipi, etiam in statu innocētiæ, vt docet Apostolus 1. Timoth. 2. dicens, *Mulier seducta in preuaricatione fuit*, & elicitur ex 3. Genes. in quo Eua se excusans dixit Deo, *Serpens decepit me.* Sed deceptio est ignorantia in decæpto. Ergo potuerunt operari ex ignorantia. 3. Primus homo in statu innocentiæ, non fuit doctior Angelis, adeòque non habuit omnem sciētiam, sed plurium nescientiam, per quam potuit decipi. Ergo potuit ignoranter operari.

Conclusio *Primi parentes non peccauerunt*

*uerunt ex ignorantia, neque errore speculatiuo, sed practico, neque carnis tentatione, sed sola Dæmonis suggestione; eorumque primum peccatum fuit superbia.*

Probatur prima pars cum nostro Argentinate in 2. d. 17. q. 1. ar. 3. Primò quia ignorantia inflicta est illis in pęnam primi peccati. Cùm ergo pæna non possit præcedere culpam, hęc non potuit esse ex ignorantia. Consequentia est euidens. Antecedens probatur, ignorantia inducta est ex hoc, quòd ratio destituta sit suo ordine ad verum, vt docet D. Tho. p. 2. q. 85. ar. 3. ex Aug. in enchir. c. 24. & 3. de lib. arb. 6. c. 18. Sed hæc destitutio non potuit induci, nisi in pænam. Ergo sicut in pænam fuit destituta voluntas suo ordine ad bonum, vnde passa est vulnus pauitatis, ita & ratio vulnus ignorantię. Probatur minor, primi parentes fuerunt creati perfecti, non solùm secūdùm carnem, vt vacarent generationi, sed etiā secundùm mentem, vt filios educarent, & edocerent. Ergo habuerūt omnem cognitionem sibi congruentem, qua spoliari nō poterant, nisi ex delicto, quod solum potuit illos deijcere ad ignorantiam.

Deinde, neque habuerunt ignorantiā iuris, neque facti. Non primam, quia in ipsa Dæmonis suggestione, fuit facta expressa mentio iuris, *Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno Paradisi?* vt dicitur Genes. 3. Cui respondit Eua, *De fructu ligni, quod est in medio Paradisi,*

*radisi, precepit nobis Deus, nè comederemus, & nè tangeremus illud, nè fortè moriamur.* Neque secundam, quia dicitur ibidem, *Vidit mulier, quòd bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro suo, qui comedit.* Ergo nullam, adeòque non peccarunt ex ignorantia.

Probatur secunda, quia non potest fieri electio fugiendorum, nisi adsit deordinatio in appetitu. Sed primi parentes elegerunt esum pomi vetiti, quem abhorrere debebant. Ergo habuere appetitum deordinatum. Cùm ergo electio obiecti fugiendi, ex deordinatione appetitus, sit error practicus ipsius electionis, in qua practicè erratur, non peccauerunt errore speculatiuo, sed practico. Et ratio est, quia hic error fuit ili culpabilis, vtpote liberè volitus. Ergo meruit mentis deordinationem, qua falsò putauerunt, sibi hic, & nunc expedire appetitum propriæ excellentiæ, vnde fuere determinati ad esum pomi. Sed speculatiuè non potuerunt errare, eò quia cognitio eorum speculatiua, præcessit omne peccatum, adeòque non potuit esse deordinata, saltem prò priori natura ad omne eorum peccatum, vt melius infra patebit.

Probatur tertia, ratione iustitiæ originalis, omnia interiora primorum parentum erãt ordinatissimè disposita, & subdita rationi. Ergo non poterant per effre-

nem

nem concupiſcentiam rebellare.

Probatur quarta, ex 3. Genes. *Serpens erat callidior cunctis animantibus, qui dixit ad mulierem, quare præcepit vobis Dominus, vt non comederetis ex omni ligno Paradiſi?*

Probatur quinta, cum Durando in 2. d. 22. q. 1. & 2. D. Tho. 1. 2. q. 82. ar. 2. ad 1. & alijs, quia intantum primi parentes comederunt de pomo vetito, inquantum e ſuggeſtione Dæmonis, putauerunt, per eius eſum fieri ſicut Deos, *Eritis ſicut Dij.* Sed appetitus finis eſt prior appetitu, & multò magis executione eorum, quæ ſunt ad finem. Ergo primum eorum peccatum, fuit inordinatus appetitus proprię excellentiæ, ad quem ſubſecutus eſt appetitus pomi vetiti, & ad illũ eius eſus. Atque adeo prima fuit ſuperbia, ſecunda gula, & vltima inobedientia, docente D. Tho. loco cit. *In peccato actuali primi parentis, fuit multiplex peccati deformitas; fuit enim ibi ſuperbia, inobedientia, gula &c.* Minor, & conſequentia ſunt euidentes. Maior probatur, quia ſicut Diabolus ceciderat per ſuperbiam, ita probabiliſſimum cenſeo, quòd etiam primi parentes fuerint ab ipſo ad ſuperbiã incitati, vt dicitur Eccl. 10. *Initium omnis peccati ſuperbia.* Neque obſtat, quòd ad Rom. 5. dicatur, peccatum intraſſe in mundum per inobedientiam, *Sicut enim per inobedientiam vnius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi, ita & per vnius*

obedi-

*obeditionem , iusti constituentur multi* . Siquidem superbia Adæ nobis non nocuisset, nisi ex illa subsecuta fuisset inobedientia, circa pomum vetitum, vt probauimus disp. 3. ar. 2; eo quia Adam non fuerit constitutus caput morale omnium nostrum, nisi in ordine ad præceptum de pomo scientiæ. Ergo licèt inobedientiã præcesserit superbia, non tamen per hanc, sed per illam peccatum originale intrauit in mundum, inficiendo posteros.

Ad 1. Nego consequentiam. Et dico, auctoritatem Philosophi non extendi, ad primum Adæ peccatum, de quo nullam habuit notitiam, sed ad alia, quæ à posteris patrantur; & de his tantùm locuti sumus alibi, cum D. Thoma, supponendo, ignorantiam prouenisse nobis, in pænam peccati originalis, non autem ipsi Adæ qui post primum peccatum superbię, passus est obcæcationem mentis, & deprauationem voluntatis, vnde potuit ignoranter patrare peccatum inobedientiæ, quod fuit nobis originale, vt docet D. Thom. 1. p. qu. 94. ar. 4. ad 1. inquiens, *Seductio mulieris, etsi nõ præcesserit peccatum operis, subsecuta tamen est peccatum internæ elationis* .

Ad 2. Nego antecedens, cum D. Tho. q. 18. de veritate ar. 6. & Durando in 2. d. 23. q. 3. n. 8. Et ratio est, quia *homo in illo statu* ( vt hic loquitur ) *præseruabatur ex parte animæ à deceptione, respectu quorumdam à principio intrinseco, scilicèt*

*set respectu eorum, quorum scientiam habuisset, per scientiam suam; respectu verò aliorum, quorum scientiam non habuisset, preseruatus fuisset ex diuina prouidentia sibi assistente, nè falsis assensum preberet.* Et ratio est, quia dæceptio, & error, cùm sint iudicia falsa, sunt mala homini Ergo nō potuerunt conuenire homini existenti in statu primeuę innocentię, in quo erat omninò perfectus, nullique malo subiectus. Ad auctoritates allatas dico, Euā non fuisse seductam ad primum peccatū elationis, & superbiæ, sed ad alia inobedientiæ, & gulæ, vt docet Aug. *Mulier verbis serpentis non crederet, nisi iam inesset mentis eius amor propriæ potestatis, & quędam de se superba pręsumptio.* Et ideo primum peccatum fuit adeo graue, quia ex plena eius malitiæ cognitione processit. Illo autem admisso, statim homo deiectus est e statu innocentiæ, & incidit in ignorātiam, per quam deinde seductus est, ad vetitum pomum comedendum, vnde factus est infidelis, pręuaricando à diuino præcepto.

Ad 3. Nego consequentiam. Quamuis enim primus homo verè habuerit plurium nescientiam, etiam in statu innocentiæ, non tamen potuit decipi, quia ab omni decæptione pręseruabatur, vt dictum est. Ergo pro illo solo instanti potuit decipi, prò quo se deiecit, e statu innocētiæ. Cùm ergo per superbiā se deiecerit è statu innocētia, prò eodē instanti

ti reali potuit decipi, error e quidē practico cō comitanti, & speculatiuo, solùm prò posteriori natura ad tale peccatum.

Dices, Pænæ nō fuerunt inflictæ, nisi per inobedientiā, vt dictum est. Ergo cùm decæptio, & ignorantia sint pænæ, non fuerūt inflictæ per primū peccatū superbiæ.

Distinguo antecedens, pænæ inflictæ toti naturæ humanæ, non fuerunt, nisi ob solam inobedientiam, concedo: pænæ inflictę ipsi soli peccanti, non transfundendæ in posteros, nego antecedens. Et distinguo consequens, decæptio, & ignorantia afficientes primos parentes, vt singularia indiuidua, non fuerunt illis inflictæ ob superbiam, nego: pænæ inflictæ Adamo, vt capiti morali, adeòque vt transfundendæ in eius posteros, concedo consequentiam. Ad cuius intelligentiam dico, Adamum posse considerari vt caput morale, & vt singulare indiuiduum naturæ humanę. Primo modo consideratus, quia talem dignitatem non habuit, nisi in ordine ad præceptum de pomo scientiæ, ideo sicut per solam eius obseruantiam, transfudisset in posteros iustitiā orginalem, ita per solam eius inobseruantiam, transfudit mortem, aliasque pænalitates ab illa deriuantes. Si verò consideretur secundo modo, quia non habuit dignitatem capitis moralis, ideo sicut non potuisset prodesse posteris, per suos actus virtuosos, sed tantum sibi, ita nocere non potuit. Et ideo diximus

disp.

disp. 3. ar. 2. quòd si Adam seruasset hoc diuinum præceptum, & peccasset contra alia, ipse solus fuisset punitus, modo cōgruenti diuinæ iustitiæ, vt communiter asseritur de Eua, cuius peccata, vtpote singularis personæ, nullatenus filijs nocuissent. His positis, peccanti Adamo per superbiam, inflicti sunt error, & ignorantia, quibus adactus, dedit locum Euæ suggestioni, vt peccaret tamquàm caput morale, vnde factum est, quòd hæc pæna, quæ stetisset in ipso, in filios deriuauit, cum ipso peccantes in trangressione diuini præcepti, de non comedendo pomo, quod solū ili factum fuit vt capiti morali. Vrgebis, ergo inobedientia non nocuit Adæ, sed nobis, qui soli subiecti fuimus ignorantiæ, cui ipse per superbiam subiectus fuerat. Nego consequentiam. Quamuis enim Adam per inobedientiam non inciderit in pænalitatem ignorantiæ, cui fuit subiectus per superbiā, tamen incidit in pænalitatem multò peiorem, nempe in amissionem iustitiæ originalis, in mortem, captiuitatem Diaboli, & alia, quæ recensentur à Trid. sess. 5. can. 1. quæ illi Deus fuerat comminatus. Præterquamquòd quia quantitas pænæ attenditur iuxta quantitatem delicti, ideo cùm elatio Adæ ordinaretur ad esum pomi, tamquam ad vnicum medium affectatæ diuinitatis, ex illo, *Eritis sicut Dij*, prius quam opere compleretur, non habuit malitiam vndequàque consumatam. Ergo

go neq;potuit puniri perfecta ignorantia, intellectū deprauante, quæ sola subsecuta est superbiam, externo opere consumatam, quam posteris communicauit. Atque adeo per inobedientiam, quatenus dicit distinctam deformitatem, à deformitate superbiæ, verè Adam fuit punitus etiam ignorantia, qua sibi, & nobis nocuit.

# ARTICVLVS VII.

## *An homo ratione peccati originalis, incurrerit pœnam priuationis potentiæ proximæ, ad perseuerandum in bono, & reprobationis?*

VIdetur incurrisse, vt mordicùs tuetur supra Laudatus, Enricus de No-is in vindicijs Augustin. c.4. §.10. pag. 34. Primò quia per peccatum originale, ictus est homo natura filius iræ, indignus qualibet gratia. Ergo etiam factus st indignus gratia sanctificante, qua acedat ad Deum, & gratia pers uerentiæ inalis, per quam à Deo non ampliùs reedat. Sed gratia perseuerantiæ finalis, acit hominem proximè potentem, & xpeditum ad ita operandum, vt possit erseuerare, & mori in statu gratiæ sanctificantis. Ergo eius priuatio facit homi-

minem impotentem, seu habentem priuationem potentiæ proximæ expeditæ ad perseuerandum in bono.

2. Tridentinum sess.6 can.22. definit, *Siquis dixerit, iustificatum, vel sine speciali auxilio Dei, in accepta iustitia perseuerare posse, vel cum eo non posse, anathema sit.* Ergo donum perseuerantiæ est beneficium speciale Dei, amissibile tamen, & negabile.

3. Sicut potuit homo per primum peccatum subire pęnam concupiscentiæ ad agonem, ita potuit subire pœnam priuationis potentiæ proximæ, ad perseuerandum. Ergo perseuerantia non est debita naturæ, sed gratia; atq; adeo potest non dari, vel data auferri. Sed carentia doni perseuerantiæ, est causa damnationis. Ergo quia hæc est pœna peccati originalis, hoc est causa damnationis, seu reprobationis

4. S. Gregor. Papa in illud Psal. 101. *Cinerē tāquam panem manducabam*, inquit, *Ex peccato primi parentis accepimus, ut ne in ipsa iustitia stabiles esse possimus.* Ergo habemus in pœnam priuationem potentiæ proximæ ad perseuerandum, non auferibilem, nisi e speciali Dei beneficio.

5. Homo per peccatum originale factus est massa perditionis, ita vt suis viribus resurgere non potuisset, vt statutum est ab Innocentio Primo, & Concilijs contra Pelagium. Ergo factus est subiectus Diabolo, inimicus Dei, & di-

gnus

gnus inferno, quod est proprium reprobationis.

6. In ratione studiorum Societatis Iesu tit. de opin. delectu regula 6. pag. 14. dicitur, *Non solùm ex parte nostra nulla fuit ratio, seu conditio prędestinationis, sed neque absolutè dicendum est, esse in nostra potestate, ut prędestinemur, nec salui fient ulli, nisi prędestinati*. Et Reg. 13. *Reprobationis, qua cæteri homines excidere ab ultimo fine permissi sunt, causa fuit peccatum originale*. Ergo dicere oppositum, est contradicere toti Iesus doctissimæ Societati.

7 Malach. 1. dicitur, *Nonne frater erat Esau, Iacob, dicit Dominus? Et dilexi Iacob, Esau autem odio habui*. Super quem locum Aug ep 105 ait, *Quid oderat in Esau, antequam fecisset aliquid mali, nisi originale peccatum?* Et lib 1. ad Simplicianum q. 2. *Non igitur odit Deus Esau hominem, sed Esau peccatorem*, nempe solo peccato originali.

1. Concl. *Quamuis Deus potuisset simpliciter, & absolutè negare homini constituto sub peccato originali, omnem gratiam ad resurgendum, non tamen de facto illam negauit, & multò minùs negauit potentiam proximam, ad bene agendum, & perseuerandum in bono.*

Prima pars admittitur ab omnibus catholicis. Cùm enim homo per originale peccatum, amiserit sanctitatem, & iustitiam, & incurrerit iram, & indignatio-

tionem Dei, cum morte, & captiuitate Diaboli, vt docet Trid. sess. 5. can. 1. potuit Deus illum relinquere in tali statu, absque vllo remedio, ad quod non tenebatur. Ergo potuit, non solùm illi negare potentiam proximam ad perseuerandum, sed etiam potentiam simpliciter necessariam ad resurgendum, & per consequens ad operandum sicut oportet, in ordine ad vitam æternam. *In hoc nulla est controuersia penès theologos.*

Secunda etiam est certa, & de fide, per quam credimus, Deum misisse suum vnigenitum, vt nos redimeret à captiuitate Diaboli, & daret nobis potestatem, filios Dei fieri, vt dicitur Io. 1. Sed hæc gratia redemptiua nihil prodesset, nisi etiam daret nobis gratias actuales, per quas possimus illam applicare, ad obseruantiam legis Euangelicæ, à *Christo instituta*. Ergo defacto non denegauit gratiam baptismalem, ad tollendum peccatum originale, & alias consequentes; quibus Christum sequamur.

Probatur tertia pars, Primò quia non potest nobis Deus præcipere impossibilia, vt expressè definitur à *Trid.* sess. 6. cap. 11. Sed si negaret potentiam proximam ad bene agendum, & perseuerandum, præciperet nobis impossibilia. Cùm enim vtrumque cadat sub præceptum, eiusque obseruantia haberi non possit, sine potentia proxima ad operandum, *sine* tali potentia, redditur impossibile quod

præ-

præcipitur. Ergo in sensu composito cum præcepto, non potest negare talem potentiam, vndecumque illa constituatur. Deinde fusè probauimus in tr. de prædest. disp. 7. ar. 2. omnibus, & singulis adultis baptizatis dari auxilia sufficientia ad salutem, etiam in statu peccati læthalis. Ergo multò magis datur principiũ proximum, sine quo nihil iuuarent. Idem diximus ibid. articulis sequẽtibus de obduratis, infidelibus, & omnibus alijs. Ergo in lege gratiæ, nullus punitur tali priuatione. 3. peccatum originale tollitur per baptismum, vt est de fide. Ergo in baptizatis non potest esse causa talis priuationis; aliter daretur effectus sine causa, quod repugnat. Neque obstat, quòd illo extincto, remaneant aliæ pænalitates, vt ærumnæ, ignorantia, mors, &c. Siquidem hę non impediunt viam salutis, immò cùm remaneant ad agonem, illam promouent, si patienter tolerentur, quod non valet de tali priuatione, quæ reddit omninò impossibilem viam salutis. Ergo non esset pura pænalitas, sed carentia medij necessarij, ad assequendum finem vltimum, quæ non potest infligi in pænam sceleris condonati. Demum hæc priuatio ineuitabiliter traheret inobseruantiam mandatorum. Ergo si daretur in pænam, pæna peccati esset causa peccati, quod est absurdum.

2. Concl. *Potest quidem peccatum originale esse causa remota, & per accidens*

*reprobationis ad flammas, non tamen causa proxima, & per se.*

Probatur prima pars, peccatum originale priuauit hominem gratia sanctificante, & iustitia originali, vnde prouenerunt cæcitas mentis, rebellio carnis, & peruersitas voluntatis, vt expendimus in 1. art. Cùm ergo hinc soleant deriuare omnia alia peccata actualia, per quę homines reprobantur ad flammas, ideo fuit radix, & causa remota reprobationis hominum, qui numquam fuissent ad flammas reprobati, si non extitisset peccatum originale. Quia tamen hoc non physicè influxit in talia peccata, quæ non necessariò ab illo deriuarunt, & per adiutorium diuinæ gratiæ, potuissent euitari, sicut defacto à iustis fuerunt euitata, ideo fuit solùm causa per accidens reprobationis, quatenus viri nequam, per accidens, & ex propria malitia, siuerunt se trahi ab effectibus peccati originalis, ad peccandum, cùm potuissent illis resistere, & proficere in tali pugna.

Probatur secunda pars, Primò quia, pæna propria peccati originalis, est sola perpetua exclusio à regno cælesti, quę dicitur pæna damni, vt fusè probauimus ar. 2. & 3. Ergo non potest esse, causa reprobationis ad flammas, seu pænę positiuę, quę dicitur pæna sensus; aliter puniretur supra condignum, quod repugnat diuinæ bonitati, quę semper punit citra condignum, vt omnes fatentur.

tur. Deinde quia vel originale, vt formaliter tale, ante præuisionem peccatorum actualium, esset per se causa sufficiens reprobationis positiuę, vel solū vt coniunctum cum prçuisione actualiū? Si primum, cum tale peccatum, vt proprium totius humanæ naturę, diffundatur in omnes homines, & Deus non sit acceptator personarum, ante omnem prçuisionem actualium, omnes indiscriminatim reprobarentur ad flammas, & sic omnes ineuitabiliter perirent, & nullus saluaretur, quod est erroneum. Hoc enim admisso, Christus nulli profuisset, nisi Deiparę, quæ sola non contraxit originale, quod est hęresis manifesta, nostrę fidei destructiua. Si verò dicatur secundum, Ergo causa reprobationis positiuę, non est originale, sed præsciētia actualium, & impęnitentię finalis, quę cùm possit dari etiam de adultis ritè baptizatis, in quibus fuit extinctum originale, supereſt quòd hoc sit solùm causa remota, & per accidens reprobationis, & causa proxima sint sola actualia, vt sunt in diuina prçscientia, vt probauimus in tr. de pędest.

Ad 1. Patet responsio ex probationæ primę partis. Cùm enim solùm probet, potuisse hominem relinqui in statu perditionis, ex quo suis viribus resurgere non potuisset, confirmat nostrā doctrinam. Dico ergo, gratiam redemptiuam, vt nobis indebitam, potuisse

absolutè negari, non tamen vt eleuatis ad statum diuinæ adoptionis, in quo cùm Deus præfixerit nobis vitam æternam, non solùm vt hæreditatem, sed etiam vt mercedem, correspondentem nostris laboribus, subeundis in obseruantia suorum mandatorum, tenebatur dare vires ad operandum, aliter præcepisset impossibilia, & in ipsa eleuatione ad suam adoptionem, magis nos depressisset, eò quia posuisset nos in tali statu, in quo non haberemus sufficientiam, nisi ad malum, negata qualibet ad bonum potestate, quod est hæresis Caluiniana. Neque obstat, quòd finalis perseuerantia sit donum Dei. Siquidem fusè probauimus in tr. de præd. disp. 4. ar. 3. quomodo clementissimus Deus, illud ita posuerit in nostra potestate, vt licèt nostris solis viribus perseuerare nō possimus, sed necessariò indigeamus gratuito diuino auxilio præueniente, & cooperante, nulli tamen vtrumque denegetur. Ergo nulli negatur, quòd possint bene agere, & in bono perseuerare, & sola sua culpa, mali non perseuerant.

Vnde patet responsio ad 2. Scut enim Adam, licèt habuerit potentiam proximam, ad perseuerandum in statu innocentiæ, cuius priuationem non potuit mereri, per primum peccatum nondùm patratum, tamen actu non perseuerauit; ita ex non perseuerantia finali, non valet consequentia ad priuationem poten-

tentiæ proximæ ad perseuerandum, quæ proinde non datur in pænam peccati originalis, qua posita, per hoc ipsum redderetur impossibilis actualis perseuerantia. Quare locus Tridentini facit prò nobis. Cùm enim statuat, posse perseuerare, esse speciale beneficium Dei, illo negato, non daretur posse perseuerare, vnde fieret impossibilis actualis peseuerantia.

Respondet Noris, Adamum habuisse quidem potentiam proximam ad perseuerandum, per modum habitus, non tamen habuisse donum actualis perseuerantiæ, quæ plenè fuit subiecta eius arbitrio. Posteri autem neque habent donum perseuerantiæ per modum actus, neque per modum habitus, in pænam peccati Adæ, qui perdidit sibi, & posteris auxilium constituens potentiam proximam perseuerandi, quod si nunc daretur in natura lapsa, non esset sufficiens, ad constituendam talem potentiam.

Sed contra est, Primò quia etiam in natura lapsa, actualem perseuerantiam posuit Deus in nostra potestate, vt probauimus loco nuper citato. Deinde quia si illud numero auxilium, quod habuit Adam, nunc non sufficeret, Deus daret aliud, vt daret sufficiens ad posse perseuerare. 3. D. Aug. lib. 3. con. Iul. c. 18. ait, *Bonus est Deus, iustus est Deus, potest aliquos sine bonis meritis liberare; quia bonus est, non potest quemquam sine*

*meritis damnare, quia iustus est.* Baptizatus autem non habet ex peccato originali iam deleto, meritum damnationis. Ergo neque habet meritum carentiæ potentiæ proximæ ad perseuerandū, quæ necessariò, & infallibiliter inducit per modum causę, ad peccandum, adeòque ad damnationem, vt ipse Noris fatetur pag. 134.

## ARTICVLVS VIII.

### *Soluuntur alia argumenta contraria, & roboratur doctrina.*

AD 3. Nego antecedens, & paritatē. Et ratio est, quia concupiscentia, licèt inclinet ad malum, non tamen necessitat; & ideo possumus gratia cōfortati, illi resistere, & resistendo de illa, triumphare, vt faciunt Sancti; aliter si nos ineuitabiliter prosterneret, non esset ad agonem, sed ad perniciem. At priuatio potentiæ proximæ ad bonum, quia tollit vires ad resistendum malo, & inermes exponit potentissimo hosti, ineluctabiliter inducit ad lapsum, vt supra considerauimus. Ergo non potest infligi ad agonem, sed ad interitum, adeoque non currit paritas.

Ad 4. Nego consequentiam. Ex eo enim quòd solis proprijs viribus perseuerare nequeamus, vt docet Gregorius, in-

infertur quidem indigentia diuini adiutorij, non tamen priuatio potentiæ proximæ. Cùm enim Deus nulli neget auxilia sufficientia, quibus fiant proximè potentes, ad bene agendum, & in bono perseuerandum, à nullo subtrahitur hæc potentia. Aliter Deus obligaret filios Adæ ad impossibile, quod repugnat catholicæ veritati.

Ad 5. Concedo totum, quod nihil probat ad intentum. Ex eo enim, quòd homo in natura lapsa, non possit suis solis viribus resurgere, e captiuitate peccati, & operari sicut oportet, non sequitur, quòd simpliciter non possit, supplente Deo suis gratuitis axilijs, defectum virium ipsius hominis, quod supplementum quia licèt indebitum, nulli negatur, ideo de nullo potest verè dici, quòd non possit perseuerare, ex defectu potentiæ. Aequiuocatio autem deriuat ex hoc, quòd confundatur potentia naturalis, cum supernaturali, & ex priuatione vnius, inferatur alia. Præterea confunditur potentia proxima, quam habuit Adam in statu innocentiæ, cum illa, quam nos habemus in natura lapsa. Quia ergo Adam cum paucioribus auxilijs potuisset perseuerare, ratione iustitiæ originalis, ideo infertur quidem, dari in nobis priuationem similis potentiæ, per quam possimus ijsdé auxilijs perseuerare, posito quòd simus destituti iustitia originali, non tamen

priuationem cuiuscumque potentiæ proximæ, ad perseuerandum, cùm nunc det nobis Deus auxilia validiora, quorum vis suppleat defectum alterius potentiæ, quam dedisset in statu innocentiæ. Demum hæc argumenta supponunt semper, quod Noris toties inculcat, nempe Deũ, in pænam peccati originalis, posse subtrahere à nobis omnia auxilia, etiam sufficientia, quo admisso, quia potentia proxima ad perseuerandum, constituitur ex diuinis auxilijs, ideo infert, quòd possit nos punire priuatione illius. Quia tamen hęc doctrina fuit à nobis fusè reiecta in tract. de prædest. tamquã repugnans auctoritati, & rationi, ideo corruente fundamento, nihil probat. Peto enim ab Aduersario, an omnes Deus obliget ad obseruantiam mandatorum? Non potest respondere negatiuè, quia contradiceret Conc. 2. Arauxic. can. vlt. Neque affirmatiuè (retinendo hanc opinionem) quia Deus taliter priuatis præciperet impossibilia, quod reijcitur vt hęreticum, & temerarium à Tridentino sess 6. c. ij. Ergo hæc opinio sustineri non potest à catholicis,

Ad 6. Nego consequentiam. Et ad primum testimonium dico, ibi esse sermonem de prædestinatione, quoad omnes eius effectus, includendo etiam primam gratiam, cuius nulla datur causa ex parte nostri, non autem quatenus dicit

cit electionem ad gloriam. Præterquàm-quòd retorqueo argumẽtum, Deus gratis prædestinat ad gloriam. Ergo tenetur dare media necessaria ad eius assecutionem, inter quæ potissimum est potentia proxima ad perseuerandum, adeòq; hoc testimonium est contra aduersariũ. Ad 2. Dico, peccatum originale, in tali loco non statui vt causam proximam, & per se reprobationis, sed solum remotam, & per accidens, vt dictum est. Ergo hinc nihil probatur ad intentum.

Ad 7. Dico, sępe ab Augustino exponi talem locum, de odio Dei reprobatiuo à regno cælesti, cuius causa per se est peccatum originale, non expiatum per baptismum, vt accidit pueris non baptizatis, morientibus ante vsum rationis. Quo argumento sæpe vsus est, ad probandum peccatum originale, aduersùs Iulianum. Quod si trahatur ad odium reprobatiuum ad flammas, quod dicitur reprobatio positiua, peccatum originale est quidem causa illius, non tamen proxima, & per se, sed solùm remota, & per accidens, vt dictum est. Quare peccatum originale est causa vtriusque reprobationis, sed diuerso modo, & ideo loco citato ex lib. 1. ad Simplic. q. 2. subdit August. *Vt autem odisset Esau, nisi iniustitiæ merito, iniustum est.* Super quem locum ipsemet Noris, inquit, *Quare nullo pacto Deum futurum iustum asseuerat, si homines reprobaret, nul-*

*lo in ipsis existente peccato.* Vnde obiter infertur, à Deo nullum reprobari, siue positiuè, siue negatiuè, nisi ex præscientia peccati, vel actualis, vel originalis. Alia responsio fusiùs explicata, videri potest in tr. de Prædestinatione.

## ARTICVLVS IX.

### *An peccatum inobedientiæ fuerit in Adam pœna peccati superbiæ? Vbi an vnum peccatum possit esse pęna alterius?*

VIdetur fuisse, quia vnum peccatum potest esse pęna alterius peccati, vt docet Scotus in 1. d. 36. q. vn. cui non dissentiunt plures alij, cum Gabriele, & Mag. in 2. d. 36. Primò quia malum culpæ est odibile. Ergo potest habere rationem pænæ, sicut alia mala odibilia, vt sunt læsiua, & dolorifera. 2. In culpa possumus præscindere rationem mali, à ratione delectabilis. Ergo licèt vt delectabilis, quia non est inuoluntaria, non possit habere rationem pęnæ, tamen potest habere, vt mala, quia vt talis est inuoluntaria, cùm nullus velit peccatum quia malum, sed quia delectabile. 3. Etiã pęna potest libenter acceptari, & sponte subiri, vt videmus in pænitentibus. Ergo potest esse voluntaria. 4. Culpa

vt

vt passio, nempe vt recipitur in operante, non est voluntaria, licèt sit voluntaria, vt ab illo procedit per modum actionis. Ergo vt passio, potest esse pęna 5. Potest ponere peccantem, sub ordine diuinæ iustitiæ, cùm sit iustum, vt qui malum fecit, malum recipiat. Ergo potest esse ordinatiua culpę, adeòque pæna alterius culpæ

Concl. *Quamuis possit vnum peccatum esse causa alterius, non tamen potest esse pęna. Et ideo inobedientia Adæ non fuit pęna eius superbię.* Ita D. Tho. 1.2. q.87. ar.2. Durandus, Complutenses, & plurimi alij.

Probatur prima pars, Primo auaritia est causa furti, ira, odium, & inuidia causant homicidia, & ideo Cain occidit suum fratrem Abel: cupiditas inordinata causat iniustitiam &c. Deinde vnum peccatum est causa, vt peccans deseratur à Deo, vt dicitur ad Roman. 1. *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum*, quæ sunt animæ passiones, vt exponit hìc D. Thomas, à quibus vincuntur, vt iterum peccent. Et ideo sequitur Apostolus ibid. *Tradidit illos Deus in passiones ignominię*: Et inferiùs, *Tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea, quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate &c.* Tertio 1. ad Timot. c. vlt. dicitur, *Radix omnium malorum est cupiditas.* Et Eccl. 10. *Initium omnis peccati est superbia.* Ergo vnum

peccatum potest, & sæpe est causa alterius peccati, vt fusè probatur à D. Tho. 1. 2. q. 84. per totam.

Probatur secunda, Primò, quia pęna est inuoluntaria, & displicet, peccatum verò est voluntarium, & placet. 2. Pęna est directè volita, & causata à Iudice. Sed peccatum non potest esse directè volitum, & per se causatum à Deo. Ergo non potest infligi in pęnam alterius peccati. 3. Si culpa posset esse pęna, posset iustè acceptari, & patrari, cùm quisque possit, immò teneatur acceptare, & subire pęnam sibi impositam à iusto iudice. Ergo posset quis iustè peccare, & facere iuxta, & contra voluntatem Dei, quod repugnat. 4. Pęna est vindicta sumpta prò offensa Dei. Ergo non potest esse formaliter ipsa offensa; aliter prò secunda posset infligi tertia, & sic deinceps, quod induceret infinita peccata. 5. Pęna est de sua ratione sanatiua culpæ, quæ est morbus animæ. Ergo non potest esse formaliter ipse morbus, aliter esset illius inductiua, & nō sanatiua 6. Punitus cogitur à Deo, ad subeundam pęnam delicto taxatam. Ergo peccans cogeretur ad peccandum, quo nihil absurdius. Vnde remanet probata tertia pars.

Ad 1. Nego consequentiam. Quamuis enim malum culpæ sit Deo odibile, non tamen ipsi agenti, cui est delectabile. Ergo non potest esse pęna, quæ debet

bet esse amabilis Deo, & odibilis patienti.

Ad 2. Nego consequentiam, propter similem rationem. Siquidem culpa, vt præcisa à ratione delectabilis, est purè mala, adeòque Deo odibilis. Ergo non potest ab illo amari, vt pæna peccati. Quamuis enim, vt talis, esset inuoluntaria, & odibilis etiam ipsi peccanti, nō tamen posset esse volita ab æterno Iudice, vt medium exercendi in reum suam iustitiam punitiuam; aliter ex odio peccati, vellet peccatum, quod Deo repugnat.

Ad 3. Transeat consequentia, quæ non habet locum, nisi in ordine ad pœnam, quæ possit ordinari ad bonum finem, tàm bonum ex parte punientis, quàm ex parte puniti, cuiusmodi sunt corporis cruciatus, qui possunt à Deo ordinari ad bonum iustitiæ, & à punito ad bonum obedientiæ, & pœnitentiæ. Culpa verò cùm ad nullum bonum finem sit ordinabilis, neque posset esse volita à punito, nisi ad malum finem, neque à punitore, nisi inhonestè, quæ repugnant pœnæ, vt formaliter tali.


Ad 4. Nego antecedens. Primò quia actio, & passio sũt vnus, & idẽ motus physicus. Ergo si culpa vt actio, est volũtaria, est etiam vt passio. Deinde quod non est voluntarium, non est culpabile. Ergo si talis motus, vt passio, non est voluntarius, nō est culpabilis; adeòque licèt admit-

mittatur, quod possit esse pœna, non tamen promouetur intentum arguentis, qui exinde non probaret, quod culpa possit esse pœna alterius culpæ, sed adsummum sui, vt videtur innuere D. Tho. 1.2. q.87. ar.2. in fine corporis. Neque obstat quòd idem ibid. doceat, posse vnum peccatum esse per accidens pœnam sui, & alterius peccati. Siquidem ibi nomine pœnæ per accidens, intelligit, vel causam per accidens, vt sunt subtractio gratiæ, & permissio peccati; vel effectum per accidens ex peccato consequentem, vt sunt lassitudo virium, morbi, iactura diuitiarum, famæ &c. Ergo non intelligit peccatum, vt est formaliter tale, secundum quòd egreditur à voluntate, vt se explicat initio corporis, & in responsione ad 3. & lect.7. ad c.1. ad Romanos, & lect.8. & alibi.

Ad 5. Nego consequentiam. Cùm enim omnis culpa sit formaliter deordinatio, non potest esse ordinatiua. Quando ergo dicitur, quòd ponat sub ordine diuinæ iustitiæ, debet exponi in sensu passiuo, quatenus videlicèt peccans ponitur à Deo sub ordine suæ iustitiæ. Et ratio est, quia hæc ordinatio est bona, & iusta, propter rationem allatam in argumento. Ergo non potest esse à peccato, quod in se est malum, & iniustum.

Quæres, an Adæ peccatum fuerit omnium maximum? Resp. cum S. Tho. 1.2. q. 163. ar. 3. secundum speciem, & in se for-

formaliter consideratum, non fuisse omnium maximum, fuisse tamen ex circũstantijs peccantis,& effectuum, quos peperit. Hoc secundum patet, quia totam infecit naturam humanam. Primum probatur positiuè, & negatiuè, quatenus videlicet Adam erat dotatus gratia, iustitia originali, sapientia, totque alijs donis naturalibus, & supernaturalibus, nullumque habebat stimulum ad peccãdum. Quamuis enim Eua illum pellexerit; tamen quia nondum habebat effrænem concupiscentiam, illam non amabat inordinatè; vnde traheretur ad illi complacendum in malo, sicut homines plerumque trahuntur in natura corrupta.



DI-



# DISPVTATIO VI.

## De vario ſtatu naturæ humanæ.



Oſtquàm egimus de peccato originali, eiuſque quidditatem, cauſas, & effectus conſiderauimus, agendum nunc eſt de ijs, quæ conſecuta fuere naturã humanã per tale peccatum, quę meritò præcipuum eius effectum appellabimus, adeòque agendum eſt de ſtatu naturæ lapſæ. Sed quia hæc diſputatio magnam habet connexionem cum ſtatibus antecedentibus, & conſequentibus, ideo ad exactam eius notitiam, breuiſſimè percurrendi ſunt ſinguli ſtatus, in quibus de facto fuit natura humana, præmiſſa celebri quæſtione de poſſibilitate ſtatus puræ naturæ, qua abſoluta, agemus de alijs ſtatibus, nempe integritatis, in-

innocentiæ, peccati, reparationis, & permanentiæ finalis.

## ARTICVVLS I.

### *An potuerit homo non ordinari ad finem supernaturalem, & creari in pura natura?*

VIdetur non potuisse, vt acerrimè tuentur Michael Baius, & Iansenius cum suis. Primò quia cælestis beatitudo non potest à Deo homini negari sine iniustitia, nisi ob peccatum, vt docet Aug. ser. 14. de verbis Apostoli, aduersùs Pelagium, *Quare patrimonium regni cælorum abripis innocenti? Quę est ista iustitia Dei? Dic quæso quid offendit paruulus non baptizatus, nullam habens culpam?* Ergo est illi connaturaliter debita.

2. Celestinus I. in epist. ad Ep. Galliæ docet, *Homines prauaricatione Adæ naturalem possibilitatem, & innocentiam perdiderunt.* Cui concinit August. qui lib. 11. de Gen. ad lit. ait, *Amiserunt posse naturæ, & possibilitatem naturalem.* Sed possibilitas ad bene agendum, & ad perseuerandum in statu innocentiæ, habebatur per integritatem naturæ, & gratiã habitualem. Ergo hæ erant Adæ connaturaliter debitæ; adeòque sine illis creari

ri non potuit, saltem de lege ordinaria.

3. Non potuit Deus hominem condere deterioris conditionis, quàm purè materialia, & ratione carentia. Sed hæc non potuit facere sine omnibus ijs, quæ spectant ad naturalem eorum integritatem, & quæ sunt illis necessaria, ad hoc vt singula possint assequi suos fines. Ergo neque hominem. Cùm ergo homini sit præstitutus finis vitę æternæ, ad quem ex natura sua ordinatur, non potuit condi, sine integritate, & gratia, sine quibus non posset illam assequi.

Conclusio, *Potuit Deus non ordinare hominem ad finem supernaturalem, adeòq; illum creare in statu puræ naturæ.* Est communis inter Catholicos, aduesùs Baium, & Iansenium.

Quòd Deus de potentia absoluta, potuerit facere hominem in puris naturalibus, hoc est destitutum gratia, iustitia originali, alijsque donis supernaturalibus, illumque relinquere in solis prædicatis, & proprietatibus, connaturaliter debitis, absque vllo ordine ad beatitudinem supernaturalem, sed cum solo ordine ad naturalem, est in confesso penès omnes, etiam aduersarios. Quæstio ergo procedit de potentia ordinaria, quæ videlicèt operetur iuxta exigentiã, & naturalem inclinationem causarum secundarum.

Pro-

Probatur ergo Primò ex Pio V. & Greg. XIII. damnantibus has prop. Baij, nempe 21. *Humanę naturę sublimatio, & exaltatio in consortium diuinæ naturę, debita fuit integritati primę conditionis, & proinde naturalis dicenda est, & non supernaturalis.* 23. *Absurda est eorum sententia, qui dicunt, hominem ab initio dono quodam supernaturali, & gratuito, supra conditionem naturę suę, fuisse exaltatum, vt fide, spe, & charitate Deum supernaturaliter coleret:* Et 55. *Deus non potuisset ab initio talem creare hominem, qualis hodie nascitur,* explicando ly *qualis*, sine iustitia originali, vt se explicat prop. 75 etiam damnata, *Falsa est Doctorum sententia, primum hominem potuisse à Deo creari, & institui, sine iustitia originali.* Cùm ergo nostra conclusio his contradictoriè opponatur, est vera, & catholica.

2. Probauimus in lib. de misto humano ar. 1 hominem fuisse ab initio conditum ex contrarijs elementis, adeòque intrinsecè corruptibilem. Ergo immortalitas nō fuit illi debita, quamuis Deus posuerit in eius potestate non mori, cō seruando innocentiam. Sed etiam effrænis concupiscentia, oritur ab intrinsecis ipsius humanæ naturæ, naturali appetitu tendentis in obiecta delectabilia, vt vacet generationi, ad conseruationem speciei. Ergo iustitia originalis, qua subdebatur rationi, fuit illi gratia, & non

na-

natura, adeoque potuisset Deus illam non dare, docente D. Tho. in 2. d. 31. q. 1. *Poterat Deus à principio, quando hominem condidit, etiam alium hominem ex limo terræ formare, quem in conditione suę naturæ relinqueret, vt scilicèt mortalis, & passibilis esset, & pugnam concupiscentię ad rationem sentiens, in quo nihil naturę humanę derogatur, quia hoc ex principijs naturę consequitur.*

3. In tr. de Inc. disp. 3. ar. 2. asseruimus cum communi, hominem per peccatum originale, fuisse quidem spoliatum gratuitis, & supernaturalibus, non tamen naturalibus, quæ integra illi relicta fuerunt, sicut fuerunt relicta Lucifero, & asseclis. Cùm ergo experiẽtia pateat, nõ fuisse relictam immortalitatem, & iustitiam originalem, hæ non fuerunt illi connaturaliter debitæ, sed omninò gratuitæ, & supernaturales. Neque potest dici, hæc fuisse ablata in pœnam peccati. Siquidem si fuissent connaturalia, non fuissent ablata, cùm Deus hominẽ non punierit, priuatione naturalium; aliter reliquisset illum imperfectum, & mancum, quod non est dicendum, cùm doceat Triden. sess. 5. can. 1. solùm *Adã secundum animam, & corpus fuisse in deteriùs commutatum*, quod denotat transitũ ex gratuitis, ad eorum priuationem, non autem defectum naturalium, quod diceret physicam corruptionem. Optimè igitur D. Thom. 1. p. q. 95. ar. 1. docet,

Ma-

*Manifestum est, quod subiectio corporis ad animam, & inferiorum virium ad rationem, non erat naturalis; alioquin post peccatum mansisset, cùm etiam in Dæmonibus data naturalia, post peccatum permanserint, vt dicit Dyon. c. 4. de diu. nom.* Neque obstat quòd dicatur, homo vulneratus in naturalibus. Nam hoc debet exponi de vulneribus, quæ recepit per priuationem supernaturalium, ratione cuius factus est remissior ad bonum, & procliuior ad malum, vt loco nuper citato considerauimus.

Ad 1. Nego consequentiam. Et dico, Augustinum loqui de homine, vt existente in statu naturæ lapsæ, in quo per merita Christi, fuit eleuatus à Deo ad eius filiationem adoptiuam, ratione cuius illi debetur hæreditas, cuius assecutio non est impedibilis, nisi per peccatum. Vt ergo contra Pelagium, probaret peccatum originale, inquit, in hac prouidentia fore Deum iniustum, si pueris decedentibus absque baptismo, negaret Deus regnum cęlorum. Intantum ergo non est iniustus, inquantum inuenit in illis originale. Hoc autem non probat debitum absolutum connaturale, sed solùm ex gratia adoptionis.

Ad 2. Nego consequentiam. Et ad auctoritates adductas dico, dona gratiæ, & integritatis dici naturalia, non quia naturæ humanæ sint debita, sed quia fuerunt concessa ab initio naturę hu-

humanę. Sicut ergo peccatum originale dicitur peccatum naturę, & naturale, quia ab initio infecit totam naturam, cui nullatenus debebatur; ita hęc dona, vt ab initio collata, dicuntur naturalia.

Ad 3. Nego postremam consequentiam. Siquidem homo in statu purę naturę, non fuisset ordinatus ad finem supernaturalem, sed ad solam beatitudinē naturalem, quam sine his donis assequi potuisset. Ergo ex isto capite non potuerunt illi esse debita, vt media simpliciter necessaria ad suum finem.

Dices, status purę naturę fuisset distinctus à statu naturę lapsę, eò quia in illo non fuisset peccatum, neque fomes peccati, qui est eius pęna. Sed hoc non esset, nisi in illo hęc dona fuissent debita; aliter vterque status in omnibus conuenisset. Ergo non solùm dicuntur naturalia, quia coęua, sed quia debita.

Distinguo maiorem, fuisset distinctus essentialiter, seu quoad predicata constitutiua, nego: accidentaliter, seu quoad accidentalia, concedo maiorem. Et admissa minori, quoad solam distinctionem essentialem, nego consequentiam. Ad intelligentiam distinctionis, dico, communiter assignari quattuor status naturę humanę, nempe purę, integrę, lapsę, & reparatę. Primus status dicit naturam in puris naturalibus, excluso peccato, saltem læthali, cum omnibus

donis

donis ſupernaturalibus. Secundus, prę ter naturalia, dicit etiam donum integritatis, quia coſiſtit in hoc, quòd ſubiiciat ſenſum rationi, & rationem Deo, non quidem addendo vires, ſed remouendo omnia impedimenta, quibus tardari poſſint vires naturę, ad obſeruantiam legis naturalis. Quia tamen hoc donum coincidit cum dono iuſtitię originalis, ideo non faciunt duos ſtatus, ſed vnum, niſi velimus conſiderare iuſtitiam originalem, vt connexam cum gratia gratum faciente, quę non fuit in ſtatu naturę integrę; nam ſecundum iſtam connexionem, eſſent duo ſtatus, qui poſſent etiam dici communi vocabulo, ſtatus innocentię, quę in vno haberetur ſine gratia gratum faciente, & in alio cum tali gratia. Tertius ſtatus eſt naturę lapſę, in qua omnes naſcuntur in originali peccato, ſine innocentia, integritate, iuſtitia originali, & gratia ſanctificante. Quartus demum eſt naturę reparatæ per Chriſtum D. in quo datur gratia redemptiua ab originali, non tamen ab omnibus eius pęnis, etiam temporalibus. Quia ergo ſtatus purę naturę conuenit in omnibus eſſentialibus, cum ſtatu naturę lapſę, & ſolùm differt in accidentalibus, quatenus videlicet homo, cum pari imbecillitate virium, & indigentia gratię, caret iuſtitia originali, cum hoc vno diſcrimine quoad naturalia, quòd in illo non erat homini debita, ſicut in hoc

hoc, adeòque carentia illius in primo erat negatio, & in secundo priuatio, quod facit hominem differre vt nudum à spoliato, sicut prosequitur Caietanus in 1. 2. q. 109. ar. 2. ideo non distinguitur essentialiter, seu solùm accidentaliter, vt dictum est.

Vrgebis, ergo homo per peccatum redijt ad statum puræ naturæ, adeòque per Christum nullum sensit beneficium. Nego consequentiam. Quamuis enim quoad essentialia, quibus constituitur natura humana, non differat nunc ab eo, quod fuisset in pura natura; tamen quia differt in multis alijs, quæ licèt sint gratuita simpliciter, sed debita ex meritis Christi (quæ fusè examinabimus in trac. de gratia, & plura diximus in tr. de Inc.) ideo constituunt hominem in statu naturæ lapsæ, sed reparatæ, multò melioris conditionis, quam fuisset in statu puræ naturæ.

## ARTICVLVS II.

### *An duret adhùc Paradisus terrester, & quid sit?*

VIdetur non durare, vt docent Maldonatus, Pererius, Genebrardus, Ethius, & alij, Primò quia fuit obrutus aquis diluuij vniuersalis. 2. Quia caruit cultore, & custode per tot sæcula, licèt eius

eius indigeret, aliter Deus non poſuiſſet in illo hominem, *vt operaretur, & custodiret illum*, vt dicitur 2. Geneſ. Ergo flores, arbores, & omnia alia ad eius amænitatem ſpectantia, euanuere, vt accidit hortis, & viridarijs deſertis. 3. Si permanſiſſet tempore Noe, non indiguiſſet arca, vt ſaluaretur in ipſa, cũ alijs animalium ſpeciebus, quibus potuiſſet eſſe locus refugij, & ſecuritatis. 4. Fieri non poſſet, vt extans adhùc, à nullo inueniatur, cùm nulla ſit mundi plaga, adeo diſſita, vt ab aliquo non fuerit inuenta. 5. Ille locus fuerat deſtinatus prò ſtatu innocentiæ. Cùm ergo hic perierit, nulla eſt ratio, vt conſeruetur.

Prò reſolutione videndum primò eſſet, in qua mundi parte ſitus fuerit. Deinde eius amplitudinem, & ſitum conſiderare. 3. eius amænitatem, fontes, arbores ligni vitæ, & ſcientiæ inueſtigare. Et demum omnia, quæ habentur de illo e ſacris paginis, ad theologicam trutinam reuocare. Sed quia hæc omnia ſunt valde obſcura, de quibus Theologi diuinantur potiùs, quàm philoſophentur, ideo relictis incertis, de quibus nullum habemus fundamentum in ſacra geneſi, reliqua breuiſſimè percurremus.

1. Concl. *Paradiſus terreſter, non fuit tertium cęlum, neque aliquid intelligibile, neque tota terra florida, & ornata, ſed locus aliquis materialis, in ali-*

*qua determinata terræ parte constitutus.*
Est ferè communis.

Probatur prima pars, aduersùs Origenem, quia nomine Paradisi, seu tertij cęli, ad quod Paulus fuit raptus, vt dicitur 2. ad Cor. c. 12. intelligitur Empyreum, in quo vidit diuinam essentiam, juxta distributionem cęlorum in Empyreum, firmamentum, & aereum, vt voluere Ambrosius, & Damascenus, & nos examinauimus in 3. de cęlo disp. 1. ar. 1. Vel si admittamus plures cęlos, vt inibi statuimus, debet intelligi ipsa visio Dei per essentiam, vt saluetur dictum Redemptoris, quo Lucæ 23 promisit latroni, *hodie mecum eris in paradiso*, nempe videbis Deum; licèt cum illo fuerit in Limbo Sanctorum. Ergo non fuit paradisus terrester, de quo hic loquimur, in quo ex natura sua, non possunt audiri *arcana verba, quæ non licet homini loqui*, vt Paulus inquit, nec fuerunt ab Adam audita. Et ideo opinio Origenis communiter exploditur, vt erronea.

Probatur secunda, aduersùs Philonē, eundem Orignem, Seleucianos, & Herminianos, penès Aug. lib. de hæres. c. 59. Primò quia si esset aliquid intelligibile, non fuissent in illo arbores, fluuij, fructus &c. Ergo non esset Vera narratio Gen. 2. *Produxit in illo Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue.* Et infra, *Vidit mulier quòd bo-*

*bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, & tulit de fructu illius, & comedit*, vt dicitur c. 3. &, *Cumque cognouissent, se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata*, quæ cōuenire nō possūt rei spirituali, & purè intelligibili, vt patet. Deinde quia si ea, quę ibi de Paradiso narrantur, accipiantur allegoricè, tota ruit veritas codicum sacrorum, siquidem omnia alia similiter possent accipi, adeòque de ipsis etiam Adamo, & Eua vacillaret fides, quod est hæreticum. Audiantur Hieron. in Daniel. 10. *Conticescant eorum deliramenta, qui ipsam conantur euertere veritatem, vt Paradisum, & flumina, & arbores putent allegoriæ legibus se debere subruere*: Et Chrysostomus hom. 13. in Genes. *Ideo Moyses tàm subtiliter, & accurratè enarrauit* (loquens de Paradiso) *vt non liceret nugari volentibus decipere simpliciores, dicendo nullum fuisse in terra Paradisum, sed in cælo, & alias fabulas, suaque somnia iactando.*

Probatur tertia, Primo quia dicitur cap. 2. Gen. *Tulit Dominus hominem, & posuit eum in paradisum voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum.* Ergo locus in quo fuit creatus, non erat paradisus. Deinde cap. 3. Postquam peccauit, fuit eiectus è paradiso, *Emisit eum Dominus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram, de qua sumptus est; eiecitque Adam, &c.* Ergo locus, ad quem exulauit, non

erat paradisus. Cùm ergo exulauerit ad vniuersam terram, extrà locum voluptatis, hic non erat totus mundus, sed eius exigua pars, materialis quidem, sed temperata, & amæna.

Vnde remanet probata postrema pars. Quænam autem fuerit hæc pars, & quāta, est omninò incertum, cùm nihil certi habeamus e sacris paginis. Quare omnes illi, qui volunt aliquid decernere hac super re, faciunt se potiùs diuinatores, vt inutilibus quæstionibus terant tempus, quàm theologos. Illis ergo omissis, aliquid dicemus de arbore scientiæ boni, & mali, cùm de ligno vitæ satis, superque disseruerimus in lib. de misto humano, disp. 1. ar. 2. Dico ergo lignum scientiæ fuisse diuersæ speciei à ligno vitæ, vt patet ex 2. Gen. in quo postquam dicitur, *lignum etiam vitæ in medio paradisi, lignumque scientiæ boni, & mali*, infra dicitur, *Precepitque ei Deus, ex omni ligno paradisi comede: de ligno autem scientiæ boni, & mali nè comedas; in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris*. Cùm ergo lignum vitæ non fuerit vetitum, non potuit esse idem cum ligno vetito scientiæ.

Quòd si quæras, an fructus huius ligni haberent virtutem intrinsecam, illuminandi mentem comedentis, ad hoc vt discerneret bonum à malo? Respondeo negatiuè. Primò quia suggestio Dæmonis, *Aperientur oculi vestri, & eritis sicut*

*Dij*,

*Dij, scientes bonum, & malum* relata c. 3. non fuisset falsa, sed vera, quod vnanimi consensu negatur à sanctis Patribus. Et deinde quia à posteriori colligitur euidenter, cùm Adam post esum illius pomi, non factus sit doctior, immò factus est deterior, non solùm quia fuit expositus deceptioni, & ignorantiæ, vt supra dictum est, sed etiam quia per incursionem fomitis, eius intellectus fuit obnubilatus, ita vt peruersè iudicaret, docente Trid. sess. 5. can. 1. *Totum Adã secundum corpus, & animam, in deterius fuisse mutatum*. Neque obstat, quòd cap. 3. Gen. dicatur, *Aperti sunt oculi amborum*. Siquidem hoc non arguit acquisitioné noui luminis intellectus, per nouũ habitum scientificum, sed cognitionem experimentalem sui miserrimi status, qua cognouerunt, se esse nudos, non solùm clamide innocentiæ, sed etiam diuinæ gratiæ, & donorum supernaturalium, adeo vt pudore perculsi, consuerint folia ficus, quibus tegerent nuditatem, quam priùs non agnoscebant. Illa ergo arbor dicta est scientiæ boni, & mali, quia (vt docet D. Tho. 1. p. q. 102. ar. 1. ad 4.) *post eius esum, homo per experimentum pęnæ didicit, quid interesset inter obedientiæ bonum, & inobedientię malum*, accepto nomine ab euentu.

2. Concl. *Probabilissimum censeo, adhùc extare Ptradisum terrestrem, licèt naturę viribus inaccessum.* Ita D. Tho 3. p.

 q. 49.

q. 49 ar. 5. ad 2. Augustinus, Ambrosius, Athanas. Hyeron. Iustinus martyr, & vniuersa thologorum cohors, quorũ auctoritas magnum addit pondus huic opinioni, de re tàm obscura, aduersùs paucos supra citatos.

Probatur ergo primò, est communis conceptio theologorum, Henoch, & Eliam translatos in terrestrem paradisum, ibique detineri, vsque ad tempus Antichristi, vt pugnent cum illo, docente D. Tho. loc. cit. *Henoch raptus est in Paradisum terrestrem, vbi cum Elia simul creditur viuere, vsque ad aduentum Antichristi*. Immò Sixtus Sen. lib. 5. biblioteh. annot. 36. putat, opinionem oppositam, a rectæ fidei regula exorbitare, Patribus contradicere, diuinæque scripturę esse contrariam. Quid ergo mirum, Si Heron. ep. 61. Henoch, & Eliam appellet paradisi accolas, & colonos?

2. Dicitur Ecclesiastici 44. *Henoch placuit Deo, & translatus est in paradisum, vt det gentibus pęnitentiam*. Non potuisset autem eò transferri, nisi extaret. Neque obstat quod 5. Gen. dicatur, *& ambulauit Henoch cum Deo*: & infra, *Ambulauitque cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Dominus*, nulla facta mentione paradisi. Nam vnus textus per alium explicatur, posito quòd vnus alteri non repugnet.

Demum, si noluisset Deus paradisum con-

conseruare, frustra *collocasset ante illum Cherubim, & flammeum gladium, atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitę*, vt dicitur in fine tertij capitis Gen. Posito enim quòd Adam, eiusque posteri non essent vmquam illuc ingressuri, & nullum Deus habuisset alium finem, ad illum conseruandum, videtur futura fuisse congruentior eius destructio. Cùm ergo illi custodiam destinauerit, signũ est, statutæ illius conseruationis, ob suos altissimos fines.

## ARTICVLVS III.

### *Soluuntur obiecta, & roboratur doctriua.*

AD 1. Nego antecedens, Primò quia pereunte paradiso, perijsset etiam Henoch, quem vidimus fuisse à Deo in illo collocatum, nec fuisse à Noe seruatum in arca. Hoc autem repugnat, & Patribus, qui omnes dicunt, illum cum Elia conseruari, vt pugnet cum Antichristo. Ergo non fuit obrutus aquis diluuij, cùm Deo non defuerint modi, illum præseruandi. Deinde quia hinc redditur probabilis eorũ opinio, qui dicunt, paradisum fuisse constitutum in editissimo loco, quò non possent peruenire aquæ diluuij, vt contendunt Strabus, Damascenus, Rupertus, Aegidius, Basilius,

 & alij-

&alij. Nec est contemnenda eorum potissima ratio fundamentalis. Cùm enim e Paradiso 2. Gen. dicantur egredi quattuor magna flumina, ad irrigandam vniuersam terram, vtique debuit constitui in tali loco, qui altitudine totam terram superaret; aliter fluuiales aquæ non haberent ad descensum, proportionatam decliuitatem, vt citra miraculum cursum continuarent.

Ad 2. Nego antecedens. Nam post aduentum Henoch, & Eliæ, qui (vt supra vidimus) vocantur à Hieronimo Paradisi cultores, & coloni, potuit ab illis coli, & conseruari: & ante eorum aduẽtum, potuit Deus adhibere angelos, ad eius culturam, sicut adhibuit ad custodiam. Vel si hoc non placeat, potuit Deus alio modo miraculoso sibi possibili, illum prò illo tempore conseruare. Vel demum possumus dicere, quòd absque omni miraculo, crescentibus floribus, & cadentibus arborum fructibus, remanserint semina, & radices, vnde potuit facilè ab Henoch, & Elia ad pristinum reuocari. Sicut enim plures asserunt, illum fuisse obrutum aquis diluuij, & deinde Solis vi, fuerit naturalis virtus arborum, plantarum, & florum excitata, ad iterum germinandum, quantò magis potuit hoc fieri opera colonorum, speciali Dei prouidentia instructorum, ad eius culturam?

Ad 3. Respondet Gonettus cum Malue n-

uenda, non fuisse conueniens, *vt ponerentur in paradiso, destinato prò innocentibus Noe, eiusque filij, qui erant in peccato, & morti, ærumnisque obnoxij, Henoch, verò, & Eliam fuisse puros, ęternitatis cădidatos, miserijs vitę exemptos, maximisq; mysterijs consecratos*, adeoque dignos tali loco, vt docet hic disp. 2. § 4. Sed hæc respōsio repugnat scripturę, nam 6. Genes. dicitur, *Noe verò inuenit gratiam coram Domino.* Ergo non erat in peccato. Et infra, *Noe vir iustus, atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit &c.* Ergo ipse cum filijs erat purus, & æternitatis candidatus, & vt destinatus conseruationi mundi, & supra omnes priuilegiatus, fuit maximis mysterijs cōsecratus. Deinde vel loquitur de peccato originali, & in hoc omnes nati fuerunt, vel de actuali, & cùm hoc conuenire non possit cum iustitia, & sanctitate, vtique non erat in Noe, eiusque filijs vel de pęnalitatibus, & hæ erant omnibus communes. Sicut ergo illos exemit Deus, nè illis succumberent in paradiso, ita potuisset eximere etiam hos, ponendo in paradiso. Ergo hæc responsio est vndequaque falsa, & absurda.

Respondeo igitur, potuisse quidem saluare mundum in paradiso, conueniĕtissimè tamen noluisse, Primò quia fabricatio, arcæ protracta per centum annos, voluit vt esset adhortatio ad pęnitentiam, & stimulus ad non peccandum,

ob timorem imminentis eluuionis, vt resipiscentibus hominibus à vijs suis pessimis, illis parceret, sicut pepercit Niniuitis. Deinde vt posteri recordatione flagelli tam sensibilis, deterrerentur à sceleribus patrandis. 3. Nè copia bestiarum, quas decreuerat conseruare, sordesceret ille locus deliciosus. Et demum ne fieret molestus Noe, & filijs, ex paradiso voluptatis, reditus ad vallem lachrymarum.

Ad 4. Respondeo primò, non omnes mundi partes fuisse adhùc inuentas ab Europęis. Siquidem America, quarta, & maxima terræ pars, ducentis ante annis erat omninò incognita, & quotannis deteguntur à Lusitanis, nouæ barbaræ regiones Deinde non desunt modi diuinæ prouidentiæ, ad nobis paradisum hunc occultandum, quorum aliquos recenset D. Tho. 1 p. q. 102 ar. 1. ad 3. & 2. 2. q. 164. ar. 2. ad 5. Tertiò in vitis Sanctorum Patrum, narratur D. Macarium Romanum ad ora paradisi fixisse suam sedem. Ergo potest esse, quòd etiã ab alijs fuerit inuentus, quamuis nos nesciamus. Sicut enim rimari non possumus cuncta quæ fecit Christus D., dùm versaretur nobiscum, vt docet eius Euangelista Ioannes, quantò minùs possumus indagare quæ fiant in toto mundo?

Ad 5. Nego consequentiam, Primò quia sicut admittimus, defacto in illo

con-

conſeruari Henoch, & Eliam, ita poſſent plures alij in illo poni, & fortaſſe defacto fuerunt poſiti, cùm nihil in ſacris paginis habeamus aduerſari, ſicut multi dicunt de S. Ioanne Euangeliſta. Deinde quidquid ſit, an ſit conſeruandus paradiſus, poſt finale iudicium, ſufficit nobis in præſentia, quod extet adhùc, & conſeruetur vſque ad illud, propter traditas rationes, ex quibus eruitur congruentiſſimus finis, quem poſſit habere Deus, ad illum conſeruandum.

Quæres 1. An primi parentes pœnitentiam egerint, ſuique peccati veniam obtinentes, ſalui facti ſint? *Reſp.* cum communi affirmatiuè, vt fusè, probat Suar. lib. 4. de amiſſ. ſtatus innoc. c. 9. licèt hoc non ſit de fide, cùm non deſint id negantes, licèt pauci.

Quæres 2. An ſtatus naturæ reparatæ, differat à ſtatu innocentiæ? *Reſp.* affirmatiuè, Primò quia in ſtatu innocentiæ fuiſſet gratia, quæ dicitur *ſanitatis*, independēter à meritis Chriſti, ex puro, & gratuito dono cōditoris; in ſtatu verò naturæ reparatæ; eſt ſolùm gratia medicinalis, quæ dicitur gratia Chriſti, eò quia ex eius meritis conferatur. Illa ergo ordinabatur ad conſeruationem innocentiæ, & hæc ad recuperandam ſanitatem, vnde differunt principio, & fine. Deinde quia in ſtatu naturæ reparatæ, poſſunt humines habere, & de facto plures habent maiorem gratiam, licèt ſecundū

statum, status innocentiæ superasset, docente D. Tho. in 2. d. 29. q. 1. ar. 3. *Considerando statum ad statum, vniuersaliter homo, ante peccatum ampliori gratia prẹditus fuisset, quàm post. Sed non est inconueniens, quòd aliquis post statum peccati, multò maiorem gratiam habeat, quàm aliqui habuissent in primo statu.* Hæ autem gratiæ non differunt in hoc, quod gratia sanitatis se accõmodaret libero arbitrio, per cuius liberum consensum fieret efficax in actu secundo, quod proinde non præmouebat; gratia verò medicinalis, cùm sit ex se intrinsecè efficax, ita præmouet liberum arbitrium, vt illi dissentire non possit. Cùm enim vniuersaliter à nobis fuerit explosum omne genus physicæ præmotionis, hinc discrimen eruere non valemus. Dicimus ergo, has gratias non esse intrinsecè, & essentialiter differentes, sed solùm extrinsecè, vt fusè prosecuti sumus in tr. de prædest. & & fusiùs prosequemur in proprio loco, Ergo non constituunt inter hos status, differentiam essentialem.

*Finis huius Tractatus.*

IN-

# INDEX

## Rerum notabilium, quæ continentur in Tractatu

## De Peccato Originali.

Ori-

con-

Pę-

bea-

Vi-

FINIS.



# ERRATA CORRIGE.

| | |
|---|---|
| Pag. 17. *Fuit auima illius* | fuit in anima |
| 25. *Etiam morales* | morale |
| 28. *Vbi soluentes etiam* | soluemus |
| 34. *Patet sponsio* | responsio |
| 88 *Nõ solùm secundam* | secundùm |
| 96. *Illum non accipit* | illam. |
| 170 *Et 3. de lib. arb b. c. 8* | & 3. de lib. arb. c. 8. |
| *Vulnus pauitatis* | prauitatis |
| 176. *Tamen indit* | incidit |